Est in hac civitate ecclesia parochialis sub titulo B. M. V. in coelum assumptae[56]) recentis structurae lapidibus quadratis tota constans ac mediocris magnitudinis. Duae in ea portae, quatuor altaria decenter ornata. In altari maiori venerabile sacramentum asservatur. In ea fons est baptismalis, sacrarium sacris vasibus ac pretiosa supellectili instructum. Huic ecclesia inserviunt RR. PP. S. Francisci de Observantia ex provincia Bosnae, qui multa praedia possident et ingentes eleemosinas colligunt. Supradictam parochialem Episcopus visitat et gubernat.

Serenissimus Princeps magnis expensis coepit in urbe Makarensi cathedralem ecclesiam sub invocatione Sanctorum Marci Evangelistae et Hieronymi Doctoris, civitatis protectorum, aedificare, quae ut sperandum est moderni eccellentissimi generalis Marini Zane[57]) pietate absolvetur. Vir iste profecto de Sancta Ecclesia benemaritus ubique zelum honoris Dei magnamque venerationem erga sanctuaria ac Christi ministros exhibet, merito fidei et reipublicae defensor nuncupatur, omni laude et gloria dignus censetur.

Suscepit Episcopus die dominica decima mensis maii consecrationis munus in ecclesia patriarchali Venetiarum ab Ill. mo et Rev. mo Domino Domino Joanne Baduario[58]), Patriarcha Venetiarum, assistentibus Ill. mis

[53]) Makarska se spominje prvi put početkom XVI. stoljeća kao trgovačka luka (skela. M. FRIGANOVIĆ, **Makarska,** u: **Enciklopedija Jugoslavije,** vol. 5, Zagreb 1962, 599.

[54]) Turci su osvojili Makarsku oko god. 1492. Cfr. H. ŠABANOVIĆ, **Bosanski pašaluk,** 161 n. 31.

[55]) Makarska je oslobođena 13. siječnja 1684. Cfr. K. JURIŠIĆ, **Katolička Crkva,** 24.

[56]) Biskup Bijanković veli, da je župna crkva u Makarskoj posvećena Uznesenju Bl. D. Marije. U prijašnjim izvještajima se veli, da je ta crkva posvećena Rođenju Bl. D. Marije (cfr. izvještaj god. 1650).

[57]) Opći providur za Dalmaciju i Albaniju Marin Zane (1702-1705).

[58]) Joannes Baduarius, Badoero ili Baduaro, mletački patrijarha 1688-1706. God. 1706. postao kardinal i premješten u grad Brescia, gdje je umro 1714. Cfr. **Hierarchia Catholica, V** 127 409.

ac Rev. mis D. D. Leonardo Balsarino[59]), archiepiscopo Corinthiensi, et Vincentio de Philippis[60]), episcopo Zacynti. In iuramento quod emisit ex speciali gratia sacra limina visitandi signulis quadrieniis obligatio illi imposita est; quod hic memorare operae pretium censuit. Quatuor menses Venetiis commoratus plurium negotiorum causa, die 1 septembris 1699 navim conscendens cum Ill. mo et Rev. mo Archiepiscopo Spalatensi Stephano Cosmi[61]), a quo perhumaniter tractatus ac salutaria consilia pro bono ecclesiae regimine suscepit. Spalatum appulit, ubi receptis sacris paramentis et pontificalibus a Serenissimo Principe missis, tandem associatus a canonicis et presbyteris, die 21 decembris 1699 in festo S. Thomae Apostoli Makarscham Deo adiuvante prospere pervenit cum magna incolarum laetitia, qui gratias Deo egerunt se post tot annos praesulem et pastorem vidisse. Omnia iuxta Pontificalis Romani praescriptum feliciter absoluta sunt.

Statim solicitam curam adhibuit dioecesi visitandae tam sub dominio Venetiarum quam sub Turca existenti, plurimi pueri et adulti sacro crismate delibati, frequentes ad populum conciones sed praesertim doctrinae christianae, prius penitus derelictae, usus singulis diebus dominicis institutus, tum in parochiali tum etiam domi, omni industria promotus. Parochi omnes sub praecepto sanctae obedientiae ac divini iudicii obtestatione ad eam rem diligentissime inflamati. In summa in hanc curam, etiam a Serenissimo Principe saepe saepius piissime commendatam, Episcopus toto pectore incubuit.

Huic dioecesi Makarensi, prius admodum angustae, occupato a Turca continenti, praeterito bello accesserunt arx fortissima Vergoraz[62]) et oppidum celebre Citluch in Narentana regione expugnatum cum summa laude ab Ill. mo et Ecc.mo D. D. Hieronymo Delphino[63]), tunc provisore generali, cum maiori parte tractus Narentani, in quo antiquioribus saeculis incolae erant ducenti et viginti mille. Populus ferox piraticam exercens, Dalmatiae ac reipublicae Venetae infestus, nunc consilio et opera praedicti Ecc. mi Delphini recenter nova et pulchra civitas erecta est, valido praesidio munita, flumine rapido, planitie fertilissima cum amplo suburbio. Duo ibi incolarum millia: strenui viri catholicam fidem illibatam profitentes ac propterea adversus schismaticos strenue pugnaverunt, ne novom ecclesiam aedificarent. Praedictam regionem hoc anno Episcopus visitavit ibique quadraginta dies commoratus est· eoque tempore nihil omnino omisit pastoralis muneris exercendi. Verbi Divini praedicatione, doctrinae christianae institutione, sacramentorum administratione eiusque vota ita Deus benedixit, ut plures schismaticos ad Sanctae Ecclesiae sinum revocaverit ac duas Turcarum familias sacro fonte abluerit.

Olim episcopus Makarensis habebat ducatum S. Sabbae et comitatum Tiburniae, nunc vero maior pars sub Turcarum potestate gemit.

In dioecesi centum et sexaginta ecclesiae, pleraequae sub Turca aliae sub Venetis. In sexaginta missae sacrificium peragitur et sacramenta fidelibus libere administrantur. Quadraginta a Turcis destructae, solum nunc remanent vestigia et coemeteria pro christianorum sepulturis. Sexaginta vero absque tecto adhuc subsistunt, absque magnis impensis instaurari ne-

---

[59]) Leonard Balsarini, Korintski nadbiskup (1698-1699). Cfr. **Hierarchia Catholica,** V 158 173.

[60]) Joannes Vincentius Filippi biskup ujedinjenih biskupija Zante i Cefalonia (1698-1718). Premješten za biskupa u Caorle (1718-1738). Cfr. **Hierarchia Catholica,** V 141 154.

[61]) Splitski nadbiskup Stjepan Cosmi (1678-1707), rođen u Veneciji 1729, bio član redovničke kongregacije Somaska. Cfr. **Hierarchia Catholica,** V. 361.

[62]) Mletačka vojska zauzela je Vrgorac 26. studenog 1690. Cfr. K. JURIŠIĆ, **Katolička Crkva,** 26; Čitluk (Gabela) pao je u ruke Mlečana 20. lipnja 1694. Cfr. S. ZLATOVIĆ, **Franovci Države Presvetoga Odkupitelja i Hrvatski puk u Dalmaciji,** Zagreb 1888, 163.

[63]) Daniele Delfino bio je opći providur 1692-1696. Ovdje mu Bijanković pogrešno daje ime Jerko.

queunt, quia sunt in partibus infidelium. In supradictis ecclesiis nullae sanctorum martyrum reliquiae, nullum altare privilegiatum nec indulgentia plenaria ad septennium. Est unicum beneficium in villa Podgora Omnium Sanctorum, ubi parochiali ecclesiae quatuor sacerdotes saeculares et totidem clerici probatae vitae inserviunt. Supradictum beneficium pro ecclesiae dotatione et restauratione conservatur et saepe saepius fidelium legatis augetur.

In hac dioecesi est Andecorium, vulgo Mostar, nobilis et locuples civitas, mercatorum concursu celebris, in qua 16.000[64]) incolae, plerique christiani sed Turcae et schismatici longe plures. Non omittam ibi triginta sex Turcarum meschitas reperiri, duodecim gymnasia ad erudiendam iuventutem; item domum Turcarum in communi pecunia sponte oblata viventium in summa abstinentia et austeritate pro lege mahumettana conservanda. Hic Pater Lucas Cordich[65]) Societatis Jesu missionarius multum et cum magno fructu laboravit plurimosque filios Christo peperit.

Domus episcopalis parva pro temporum conditione in tres partes divisa. Prima episcopi usui inservit, altera pro oratorio expensis Episcopi constructo et Divo Josepho dicato, tertia pro gymnasio publico ad erudiendum iuventutem tam in litteris quam in moribus sub disciplina Petri Orlandi, sacerdotis Sancti Philippi[66]), magistri clericorum et praefecti doctrinae in utroque opere merito laudandus.

Clerum componunt archidiaconus, sex canonici, quatuor mansionarii, totidem clerici, qui ab Episcopo eliguntur ex concessione Alexandri VIII. Vices Episcopi gerit egregie D. Georgius de Cruce, Spalatensis canonicus, in animarum cura per longum tempus cum laude versatus.

Redditus ecclesiae a pia Serenissima Principis munificentia assignatur: pro Episcopo mille ducati monetae Venetae, pro archidiacono ducenti, pro canonicis centum, pro mansionariis quinquaginta, pro clericis viginti quinque, omnes monetae huius provinciae Dalmatiae. His vero temporibus, ex comissione Serenissimi Principis, supradictus Ecc. mus Provisor generalis Dalmatiae benigne humaniterque omnia egregie disponit pro dotatione ecclesiae Makarensis episcopatus et capituli, ut habeant agros, possessiones aliaque loca stabilia ad fructus percipiendos quolibet anno certos faciliter absque ulla oppositione adeoque religiosissimi Principis pietas omnia iura ad personas et loca sacra transfert. Hoc opus ad maiorem Dei gloriam nonc inceptum est omni cura atque diligentia optet perficere, habens ante oculos oraculum evangelicum a Spiritu Sancto conclamatum, scilicet quae Caesaris Caesari, quae Dei Deo tribuenda esse iudicavit. Quam ob rem suae et episcopalis curiae ministros misit, ut quidquid sit melius ac securius pro supradicta dotatione bonorum stabilium, nimirum agros fertiles ac bonae conditionis, eligant.

In tota dioecesi reperiuntur duodecim sacerdotes Latini, Illyrici sex, clerici quatuor, omnes bonis moribus praediti.

Triginta sex parochiae tam sub dominio Venetorum quam sub Turcarum iugo. Fratres Minores de Observantia administrant triginta, sex presbyteri seculares, qui bene munere suo funguntur. Tres partes dioecesis sub Turca, quarta Venetis fideliter paret. In ea 20 millia incolae, omnes catholici, pii ac sanctae Ecclesiae plurimum obsequiosi et obedientes.

Est etiam xenodochium pro militibus infirmis, sed advenae et pauperes in cavernis morantur, quibus christiani summa cum charitate alimenta praebent.

Gens Deum timens ac docilis, perspicacis ingenii ac litterarum capax, si cultura adesset. Fortunae tenues, agri pauci, montes inculti. Fruges

---

[64]) Izvještaj na hrvatskom jeziku objavio je R. JERKOVIĆ, **Pastirski pohodi Nikole Bjankovića**, Sarajevo 1942, 6-8. U tom prijevodu se veli (p. 7), da Mostar ima 36.000 stanovnika.

[65]) Umro je u Dubrovniku 13. prosinca 1698. Cfr. B. PANDŽIĆ, **Marijan Lišnjić**, 45-46.

[66]) Ovu redovničku kongregaciju sv. Filipa Neri u Splitu osnovao je Nikola Bijanković god. 1679. Bio je također i njezin prepozit god. 1688-1695. Cfr. M. MIKULIĆ, **De vita**, 22.

paucae, vinum pro incolarum usu, sed fructus cuiuscumque generis plures et optimi.

Tria in dioecesi reperiuntur regularia monasteria omnia S. Francisci de Observantia, ubi sunt quadraginta sacerdotes et decem laici. Possident praedia, agros, eleemosinas, ingentes redditus, omnia superabundanter.

Absoluta historica narratione status ecclesiae Makarensis, quaedam humillime Apostolicae Sedi exponit Episcopus, ad Dei gloriam, christianae fidei exaltationem pietatisque in his regionibus incrementum.

1. Est instructiones defectus in hoc populo sanguineis lacrymis deplorandus. Quatuor missionarii apostolici uberrimos fructus afferent tum in fide propaganda apud Turcas tum in pietate pomovenda apud fideles.

2. Necessaria omnino sunt ritualia romana, directoria patris Polanci[67]), Azbukvidaria[68]), Divkovaca[69]) illyrico charactere conscripta.

3. Sacerdotes in collegiis Sanctae Sedis beneficio educati, qui modo alibi morantur, ut ecclesiis suae patriae inserviant, natele solum illico repetant; qui vero in patria sunt (quorum zelus plerumque desideratur) in vinea Domini episcopis collaborent e ne per provinciam vagentur.

4. In hisce tribus supradictis monasteriis Fratrum Minorum de Observantia curent superiores, ut tyrones et alumni sub idoneis praeceptoribus linguam latinam addiscant, ex cuius defectu, quamvis in Italiam ad studia mittantur, nihil aut parum proficiunt et rudes redeunt. Inde oritur sacrorum ministrorum imperitia in sacramentorum administratione cum maximo animarum damno, de quibus Deo optimo maximo iudici ac vindici rationem reddituri sunt religiosi ipsi et eorum superiores. Res est maximi momenti, cum fere omnes parochiae sint in cura eorundem patrum.

Synodus congregari non potuit, tum quia visitatio nondum plane erat absoluta tum quia parochi in regione Turcica existentes dificillime convenire possunt. Nihilominus Episcopus operam dabit, ut opportuno tempore cogatur.

Haec omnia EE. VV. humiliter et simpliciter Episcopus pro debita obedientia exposuit, fideliter pollicens omne se studium, laborem et curam impensurum pro animarum salute procuranda, iuribus Ecclesiae conservandis omnique eius dignitate ac utilitate promovenda. Ecclesiam EE. VV. quam humillime ac diligentissime commendat et obsequentissimo animo sacras Purpuras deosculatur.

Makarschae, die 20 novembris 1703.

EE. VV. humilissimus, devotissimus et obedientissimus servus

N. Biancovich, episcopus Macarensis.

***

10. Izvještaj je potpisan 1. travnja 1706. u Makarskoj. Predao ga je u Rimu u rujnu iste godine povjerenik biskupa Bijankovića Franjo Jurjević *(Die 11 septembris 1706 data fuit attestatio visitationis pro 40 et 41 trienniis cum absolutione)*. Ima 9 stranica.

U njemu je zacrtan smjer pastoralnog djelovanja biskupa Bijankovića, prema kojemu bi trebalo postepeno ukloniti iz pastve franjevce, a na njihovo mjesto uvesti svjetovno svećenstvo.

Eminentissimi et reverendissimi Domini domini mei colandissimi,

Nicolaus Biancovich, episcopus Macarensis, EE. VV. humilimus servus, aetatis suae annum agens supra sexagesimum, absoluto iam quadriennio post primam suam relationem pro debito obedientiae erga apostolicas sanctiones, ad sacra limina personaliter se conferret, eum praesertim excitante

[67]) Isusovac Juan Alonso Polanco (1576), koji je izdao: **Breve directorium confessarii et poenitentis munus rite obeundum,** Romae 1554.

[68]) **Azbukividnjak** jest abeceda u glagolici i ćirilici.

[69]) Nauk karstianski za narod slovenski, Mnetcie 1611.

suo singulari obsequio, quo apostolicam Sedem, fidei ac morum magistram, veneratur atque ad optimum sanctissimumque pontificem Clementem XI[70]), qui in ea hodie sapientissime regnans laudabiliter verbo et exemplo gubernat. Sed paupertate mensae corporisque debilitate prohibitus, ad supradictam Sanctam Sedem accedere Rev. dum Dominum Abbatem Franciscum Georgiceum, S. Hieronymi de Urbe archipresbyterum, Illyricae nationis, procuratorem generalem instituit, huic muneri satis et abunde se facere posse existimans, quem EE. VV. pro summa benignitate excipere et approbare dignentur. Exhibebit ipse, instructus prius de omnibus rebus dioecesis Macarensis, relationem status huius ecclesiae, quantum fieri potuit diligentem, fidelem et simplicem exponetque viva voce quae ad maiorem Dei gloriam atque christianorum, tam sub Venetorum dominio quam sub Turcarum tyrannide degentium, videbuntur, quos ut fideles Deo ac S. Sedi Apostolicae, supradictus episcopus piissimo, clementissimo ac sapientissimo patri orbisque christiani pontifici summo mirum in modum commendat.

Quoniam Episcopus praecedenti sua relatione, missa sub die 20 novembris 1703, EE. VV. de statu situque civitatis Macarensis deque fide populi certiores fecit, nihil hic addendum praeterquam ecclesiam RR. PP. Minorum ex Bosna nunc etiam titulo parochialis gaudere in eaque episcopum singulis annis oleum sanctum conficere caeterasque sacras functiones peragere, assistentibus RR. Canonicis et clero necnon iisdem religiosis S. Francisci de Observatia, qui ingentes eleemosynas colligunt et in dies augent praedia novis emptionibus, quibus accurate student.

In urbe cathedralis ecclesia nobilis structurae, coepta aedificari anno 1702 ordine et sumptibus Serenissimi Principis, nondum est completa praeter unum sacelum. Sperandum tamen brevi complendam in totum, cum Princeps Serenissimus, annuens devotis petitionibus Episcopi Venetias hoc fine apulsi, decreverit bis mille ducatos argenteos pro tali fabrica, duas campanas circiter bis mille librarum ponderis et quadringentos ducatos pro paramentis sacris. Obtinuit insuper pro mensa et dotatione sui episcopatus multas possesiones, in quibus sunt campi bis mille ducenti, secundum usum Patavinum[71]), habentes signuli tabulas octigentas quadrigenas. Ex his omnibus redditus non ascendunt quadrigentos ducatos monetae Dalmatiae, quia coloni, cum sint finitimi Turcis, parum amoris habent in cultura, et labor assiduus, quo maior pars illarum terrarum indiget, sterilitate compensatur. Dedit et clero Serenissimus Princeps campos conterminos campis praedictis mille quingentos septuaginta quinque, ex quibus vix colliguntur ducati quadringenti.

Redditus supradicti non sufficiunt pro sustentatione Episcopi et clari; sperandum tamen Principis pietate amborum necessitatem levandam esse novis provisionibus praediorum prope mare quae, utpote uberiora, diligentia maiori coluntur. Cumque nulla provisio facta fuerit pro ceris et oleo, quod per annum in Dei honorem consumendum est, nec pro duobus sacristis, qui ecclesiam sunt custodituri suamque operam impensuri, Episcopus se, clerum et praedictam ecclesiam piissimo Pontifici et EE. VV. commendat.

Anno 1704 Episcopus, degens Venetiis pro bono huius ecclesiae cathedralis novae fundationis, nequivit invisere personaliter parochias suae dioecesis. Misit tamen Georgium de Cruce, vicarium generalem, et P. Ardelium della Bella[72]) e Societate Iesu, missionarium apostolicum, qui omnes numeros sui officii adimplerunt magno animarum fructu et fidelium gaudio.

Accepta Venetiis commissione anno 1705 visitandi villas in Xaxabye[73]), statim ac ad suam ecclesiam reversus est, curam sollicitam adhibuit parendi S. Sedis mandato et visitandi parochias, quae in illa regione degunt, videlicet Clek, Slivno, Dobrane, Vidognie, Glusci, Collognian conterminae Turcis

[70]) Klement XI (1700-1721).

[71]) **Campo padovano** je iznosilo 4000m^2.

[72]) Rođen u talijanskom gradu Foggia god. 1655. Kao Isusovac živio u Dubrovniku. Izdao Dizionario Italiano-Latino-Illirico, Venezia 1728. Umro u Splitu god. 1738. Cfr. C. SOMMERVOGEL, **Bibliothèque de la Compagnie de Jesus,** vol. I, Bruxelles-Paris 1890, 1150-1151.

[73]) Zažablje je pripadalo trebinjsko-mrkanjskoj biskupiji.

et Ragusii dominio. In illis et in parochiis Tribigne vastae dicionis, instar parvae provinciae, feliciter aquisitae bello praeterito armis Serenissimae Reipublicae, moratus est Episcopus dies quadraginta. Signulis diebus verbi divini praedicatione audiendisque confessionibus, tam mane quam post fidelibus inserviens, vidit incrementum quod pollicitus fuerat Deus sequentibus se. Multos qui in odio proximi senescebant ad concordiam et pacem veram revocavit, itaque in Vinae Domini laboravit, doctrinae christianae usu et sacramentorum administratione, ut quibusdam diebus, praeter alia opera pastoralis muneris, sexcentos et amplius fideles sacro crismate deliniverit. Sunt illic parochi sacerdotes saeculares alumni collegii Lauretani[74]), qui optime suo muneri et animarum saluti providentes in utroque opere merito laudandi. Monaci nuncupati S. Basilii habent sub eorum cura duas[75]) villas schismaticorum, ad quos tantum accedunt tempore vindemiarum et messium, quaerentes quae sua sunt, non de salute illorum miserorum curantes, qui prorsus ignari orationum, immortalitatis animae ac vitae aeternae, post triginta vel quadraginta annos semel in vita confitentur mortisque tempore carent qui eis frangat panem, in omnibus lacrymis sanguineis deplorandi. Pro his in S. Ecclesiae sinum revocandis Episcopus corde et lingua incubuit eiusque votis ita favit Dominus utnon paucos fidelium numero adscripserit et obedientes reddiderit Summo Pontifici, Iesu Christi animarum Salvatoris Vicario.

In continenti Xaxabye[76]), prope Narentam flumen, tribus milliaribus distantes a Citluch civitate valida, sunt sequentes villae: Mnetcovich, Draçevo, Dogliani, curae RR. PP. de Observantia commissae. Ab hisce visitanur vix quibusdam diebus festis pro tempore, quo missam persolvunt, statim ad hospitium redeuntes eorumque absentibus plerisque malis, blasphemiis, contemptibus sacrorum locorum, homicidiis et sacrilegiis viam sternentes, quae alioquin praesentia parochi prohiberentur, cum populi sint docilis naturae, fideles Deo ac S. Sedi et sacerdotibus taliter obsequentes, ut in eorum personis angelos videantur cognoscere. Nulla illic gymnasia, nullus doctrinae christianae usus, nulla verbi divini praedicatio, veluti in parochiis presbyterorum saecularium, qui omnes suo muneri faciunt satis curamque suam in animarum salutem, qua Deus maxime glorificatur, laudabiliter impendunt.

Dioecesim Macarensem, quae in sex et triginta parochias dividitur, quasi totam tria monasteria Fratrum Minorum de Observantia inter se partita sunt; presbyteri saeculares habent quinque, Fratres praedicti triginta et unam.

Primum monasterium in regione Narentana B. V. in Zaostrog occupat parochias Obriza, Dubçiza, Strughe, Brista, Obrovaz, Draçevo, Vidognia Dogliani, Varbiza, Plino, Norin, Dragovia, Borovzi, Nova Sella, Ischisli, Fortalitium Opus et villam Desne non contemnendam, ubi habitat parochus supradictarum vilarum omnes eleemosynas quae a fidelibus dantur et fructus prebendae parochialis ad dictum monasterium deferens. Hoc monasterium sibi etiam assumit parochias Drivenich, Zaostrogh, Podaça, Brist, Lapçani, Bachina, Iezero, Vargoraz, quarum in duabus parochi moram agunt, ad reliquas mituntur tantum quibusdam diebus festis et peracta missa revertuntur cum eleemosynis ad locum unde exierunt. Populus omnis catholicus et pius, praeter decem et quinque familias schismaticorum.

Secundum monasterium titulo Sanctae Crucis habet sub se parochias Igrani, Drasnice, Xivogoschie, Zavoyane, Vlaka, in quibus non habitant parochi, sed missam tantummodo quibusdam festis diebus celebrant et ad monasterium, cum eleemosynis collectis redeunt, nihil de ecclesiis curantes, sicuti et supradicti parochi villarum Zaostrogh.

---

[74]) God. 1687. prešli su na mletačko područje Don Petar Dragobratović, župnik u Gracu, i Don Jure Sentić, župnik u Dobranju, s većinom svoga puka. Cfr. B. PANDŽIĆ, **Don Ilija Bošković (1652-1692)**, u: **Kršni Zavičaj**, 8 (1975), 32.

[75]) Možda Dobranje i Vidonje.

[76]) R. JERKOVIĆ, **Pastirski pohodi**, 10, preveo je ovo: **U Zažablju.** To je očito krivo, pa ga treba prevesti: **Uz Zažablje.**

Tertium monasterium est Macarschae sub invocatione B. V. M. in Coelum Assumptae. Habet parochias ipsam Macarscam, Bast, Vellobardo, Macar, Cottiscina, Tuçepi, Koziza, ad quas tantum accedunt parochi certis diebus festis missam celebratum, deinde in monasterium revertuntur eleemosynis et aliis proventibus onerati.

Tribus hisce monasteriis populus, licet incultus in spiritualibus, tamen quia timens Deum et plurimum Sanctae Ecclesiae obediens, praeter eleemosynas et redditus parochiales, quibus ipsi parochi implent sibi et monasteriis loculos, defert etiam decimam omnium fructuum, unde omnibus affluunt commodis superabundanter et quamvis voto paupertatis teneantur adstricti, nihilominus possident praedia, agros, domos et ingentes redditus, Episcopo solummodo laborem et curam de ecclesiis per ipsos male administratis relinquentes.

Videt Episcopus magno cum dolore animi sui in supradictis parochiis fratrum nullas esse scholas, nullum usum doctrinae christianae. Non illic verbi divini praedicatio, non in sacramentis administrandis peritia, non cura de rebus sacris, non de templo, quod sibi Dominus desponsavit in sanguine suo. Saepe saepius fuere ab Episcopo admoniti parochi praedicti, ut discant, et eorum superiores, ut mittant religiosos, si quos habent, peritos in parochiis administrandis, sed nihil profuit. Sciant igitur iteratim religiosi, qui taliter rebus suis vacant, spiritualia negligentes, et qui, rudes cum sint, parochi officio fungi volunt, se rationem reddituros Deo Iudici in die qua non fiet salva omnis caro.

Praedicti patres et eorum monasteria, praeter iam dicta emulumenta, imposuere populis alia onera, videlicet, ut singulis annis quaelibet persona quae ad sacram confessionem accedit, ipsis solvat viginti solidos huius monetae; sin autem, negant absolutionem et nolunt confessionem audire. Hanc mercedem iniquitatis colligunt diebus maioris Hebdomadae, ostiatim procedendo non sine magno animarum scandalo. Extorquent etiam in civitate Macarensi et eius continenti, ut quilibet qui in populo ad diurnum laborem aptus est per tres dies singulis annis in eorum possessionibus et vineis laboret pro remuneratione sacramentorum, quae sibi ministrantur. Malum radicitus evellendum et in ultimas proiiciendum terras; tamen tanta est huius populi charitas et in sacerdotes obsequium, ut omnia sufferant, omnia tolerent, omnia sustineant.

Rogandus igitur est Pater familias, Dominus messis et agri, ut in agrum, qui sub cura patrum Minorum de Observantia tribulos germinaverit, mittat operarios qui, evellendo zizaniam et eradicando spinas, plantent virtutes. Hoc certe utiliter quatuor missionarii apostolici peragerent, quorum opera et fides propagaretur inter Turcas et augeretur fidelium pietas.

Episcopus pradictam decimam in meliorem usum consumpturus, porrexit supplicationem Exc.mo Generali Dalmatiae Iustino a Ripa[77]), ut opportuna occasione referat et commendet Serenissimo Principi, ut piissima illa munificentia qua pollet dignetur eam concedere pro dotatione ecclesiae cathedralis Macarensis, ita hoc opus bonum et utile enixe Episcopus EE.VV. commendat.

Absoluta narratione de ecclesiis quas praefati fratres mordaciter tenent, gradus faciendus est ad parochias quinque, videlicet Podgora, Brella, Zaguozd, Klech, Xaxabye, quibus sacerdotes saeculares inserviunt, qui quidem ut litteris praediti, ita et animarum saluti operam navantes, et verbo et exemplo et moribus et schola doctrinae christianae et peritia in rebus sacris episcopo in Vinea Domini collaborant.

In partes tres dioecesis Macarensis Turcae imperium habent, quarta sub Venetorum dominio quiescit. Illas quae sunt Mostar, Imota, Billopoglie, Gliubuschi, Duvno, Xuppa, Studenci, Viniza, Rama, Blatto, Brotgno, Goranci, Episcopi Macarenses in spiritualibus gubernarunt et praesertim quatuor episcopi praecessores, quos memoria tenent adhuc viri viventes, semper visitarunt

[77]) Opći providur (1705-1708).

atque alia munera sui pastoralis officii exercuere[78]). Praesens Episcopus, cum esset vicarius apostolicus in dioecesi Macarensi, de illis curam habuit, et promotus ad infulas suae ecclesiae ita pacifice gubernavit per septennium, ut fructus uberrimos Deo dante viderit. Sed Episcopus Bosnensis Rev.mus Georgius Pataçich[79]), qui ab illis distat itinere quindecim dierum, mittens falcem in talem messem, quodam circulari decreto ad parochos dato die 10 augusti proxime elapsi[80]), ne in posterum Episcopum Macarensem, sed ipsum Pataçich pro eorum antistite agnoscant, Episcopum, parochos et populos hac novitate perculsos, moerore ac lacrymis implevit; timent enim, ne et inter ipsos damna eveniant, quae incuria praedicti Rev.mi Pataçich plerisque acciderunt, qui relicta orthodoxa fide, impie Mahometanorum sectae adscripti sunt, ita ut fere tota Bosna regio praeteritis annis piissima, nunc filia gehennae effecta sit.

Deo tamen Optimo Maximo agendae sunt gratiae, qui episcopo tot curis presso, dederit parochos presbyteros saeculares amantes salutis fidelium et divinarum rerum scientia praeditos necnon RR.DD. Georgium de Cruce archidiaconum, Matthaeum Tomaseo, alumnum Lauretanum, Michaelem Antulovich, alumnum Firmanum et Antonium Michieli, canonicos huius ecclesiae qui omnes singulis diebus dominicis una cum Episcopo pueros doctrinam christianama docent et christianis moribus imbuunt, magno animarum incremento, fructum afferentes cum laude in patientia.

Annis singulis feria quinta in Coena Domini Episcopus post consecrationem olei sancti et crismatis, secundum praescriptum S.R.E., lavat pedes duodecim pauperibus viris, quibus postea domi ad mensam ministrat propriis sumptibus laute paratam, assistentibus sibi et coadiuvantibus RR.DD. canonicis, magna populi aedificatione et ad virtutes incitamento.

Episcopus pro illa debita vaneratione, qua semper ut filius obediens sanctam Sedem prosecutus est, omnia, haec humillime et veridice exposuit, abs quorum zelo et aucthoritate flagitat exposcitque remedium tantis malis pro quibus convellendis omnem curam suam et studium tam pro animarum salute quam pro iuribus ecclesiae eiusquae utilitate ac dignitate promovendis, fideliter pollicetur. Vota haec Aeternus ille pater et Rex, cui de ovibus cura est, benedicat de excelso Maiestatis suae Throno perducatque ad locum quem designavit sanguine suo. Interea Episcopus EE.VV. se, clerum et ecclesiam suam enixissime commendans, sacram purpuram humillime deoculatur.

Macarshcae die 1 aprilis 1706.

EE. VV. humillissimus, devotissimus et obedientissimus servus

Nicolaus Biancovich, episcopus Macarensis et Narentanus.

Otprilike godinu dana iza gornjeg izvještaja biskup Bijanković poslao je na istu Kongregaciju Koncila formalnu optužbu protiv franjevaca i njihova djelovanja u makarskoj biskupiji, a posebno protiv onih iz makarskog samostana[81]). Ona se nalazi u ovom svesku izvještaja, sastoji se od 12 stranica, nije datirana, ali popratno pismo nosi nadnevak 20. prosinca 1707. Da bi se vidio način optužbe, donosimo njezin početak:

[78]) Da bi to dokazao pred mletačkim senatom, na nagovor općeg providura Justina Riva, biskup Bijanković je dao napraviti tokom god. 1706-1707. nekoliko procesa, u kojima su svjedoci to potvrđivali. Cfr. AP, **SC Dalmazia,** vol. 8, f. 122r-214v.

[79]) Bosanski biskup Juraj Patačić (1703-1716). Cfr. **Hierarchia Catholica,** V 124

[80]) Kopija tog Patačićevog dekreta AP, SC **Dalmazia,** vol. 4, f. 303r nosi nadnevak 14. kolovoza 1705, a AP, SOCG, vol. 554, f. 387r ima 15. kolovoza 1705. Cfr. M. MIKULIĆ, **De vita,** 50-51.

[81]) O optužbama biskupa Bijankovića protiv franjevaca cfr. M. MIKULIĆ, **De vita,** 82-88.

»Hora est a somno surgere. Hora è che io mi svegli dal sonno, eminentissimi padroni. E hora ch'io esponga e scriva riverentemente la verità a cotesta Sacra Congregatione, pietosissima e giustissima madre, illuminata dallo Spirito Santo, con petto apostolico contro la malignità et indolenze de Frati Minori Osservanti che sono nella mia diocesi, quattro conventi et un'ospicio a Narenta, che hanno occupato la maggior parte delle parochie, che posso dire francamente: in quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus ... mancata la carità christiana, perso l'amore verso il prosimo, hanno per oggetto l'interesse per accumulare e per acquistare maggior rendite con ogni arte et industria possibile, per ingrandire convento, ma non per popolare il cielo: omnes quaerunt quae sua sunt non quae Jesu Christi.«

U popratnom pismu kaže: »Si sono impossessati della maggior parte di case, livelli e stabili di Macarsca, il che sarebbe assai meglio applicare colla autorità suprema di Sua Santità alla povera chiesa di S. Marco in Macarsca e metter in quel convento i padri dell'osservanza o pure convertirlo in canonica de preti e mansionarii, bastando nella mia ristretta e piccola diocesi sotto la Serenissima republica tre conventi e un ospicio, che purtroppo aggravano quei poveri popoli, divoti e fedeli, ai quali quasi insoportabile iugum imposuerunt.«



11. Ovaj izvještaj biskupa Bijankovića potpisan je u Makarskoj 15. svibnja 1710. Predao ga je Franjo Jurjević: *Die 5 septembris 1711. Data fuit attestatio pro 42. triennio.* Ima 7 stranica. U njemu je posebno zanimljivo ono što kaže o odnosu s Turcima: »Caeterum maior Turcarum pars neque sane barbaro more praesulem in pluribus sunt venerati. Ipsum passim ad aegros trahebant atque exhibebant infantes, ut utrisque bene praecavetur. Idem super agros et armenta efflagitabant et ut denuo quanto citius reverteretur rogabant.

Haec prae caeteris praestiterunt quatuor germani fratres Copcich[82], quibus tantum baptisma, ut inter fideles christianismi sint, videtur desiderari. Non solum enim quamcumque in orthodoxas viduas caeterosque pauperes incolas charitatem exercent, etiam apud turcica tribunalia, verum extraneos quoque christianos ac ipsos apostolicos visitatores hospitio excipiunt perquam benevole quotquot illo pervaniant.«



12. Potpisan je u Brelima 10. siječnja 1716. Predao ga je Jure Jurjević, kanonik crkve sv. Jeronima u Rimu: *Die 4 iulii 1716 data fuit attestatio pro 43 et 44 trienniis cum absolutione.* Ima 7 stranica.

Eminentissimi et reverendissimi domini domini mei colendissimi, Nicolaus Biancovich, episcopus Macarensis et Narentinus, EE.VV. humillimus servus, aetatis suae anno septuagesimo iam absoluto, post ultimam suam

[82]) Plemićka obitelj Kopčića porijeklom je iz Rame. U XVI. stoljeću spominju se kao kršćani. Na njih je ostala uspomena u Duvnu, gdje su imali svoje posjede. Cfr. A. MIJATOVIĆ, **Narodne pjesme o Mijatu Tomiću**, Zagreb 1969, 164-165 n. 24.

relationem, qui cum statim non potuit transacto triennio visitare suam dioecesim propter vitae suae indispositiones et infirmitates, nec suo oneri pastorali iuxta summorum pontificum decreta satisfacere nec propter mensae paupertatem ad sacram sedem atque sanctissimum, optimum, summum Pontificem Clementem[83]), qui in ea sede sapientissime ac gloriosissime gubernat, personaliter (uti cupiebat) accedere nisi per procuratorem admodum reverendum dominum Abbatem Georgium Georgiceum, S. Hieronymi de Urbe canonicum Illiricae nationis ministrum, virum virtutibus praeditum ac de Macarensi ecclesia optime instructum, quem suppliciter exorans supradictus Episcopus VV. EE. ut ipsum iterum qua solent benignitate per procuratorem generalem, satis abunde se facere posse existimans, excipere et approbare dignentur.

Cum in praeteritis relationibus Episcopus Macarensis ecclesiae suae statum diligenter descripsisset, nunc nonnulla solum recentia, quae memoratu digna visa sunt, EE. VV. humiliter exponit.

Principio pro veritate, in civitate cathedralis ecclesia nobilis structurae coepta est aedificari anno 1702, ordine et sumptibus Serenissimi Principis, nondum est completa praeter unum sacellum sub titulo SS. Marci et Hieronymi, patronorum eiusdem ecclesiae, capax centum christifidelium, in quo et Episcopus omnia per annum pontificalia exercet et clerus die noctuque divina officia persolvit. Sperandum tamen brevi complendam in totum, cum Princeps Serenissimus, annuens devotis petitionibus Episcopi Venetias hoc fine apulsi, decreverit bis mille ducatorum argenteorum pro tali fabrica, duas campanas circiter bis mille librarum ponderis et mille ducatorum pro paramentis sacris. Obtinuit insuper pro mensa et dotatione sui episcopatus multas possessiones, in quibus sunt campi bis mille ducanti secundum usum Patavinum, habentes singuli tabulas octingentas quadragenas. Ex his omnibus redditus non ascendent quadringentos ducatos monetae Dalmatiae, quia coloni, cum sint finitimi Turcis, parum amoris habent in cultura, et labor assiduus sterilitate compensatur. Dedit et clero serenissimus Princeps campos conterminos campis supradictis mille quingentos septuaginta quinque, ex quibus vix coliguntur ducati quadrigenti. Redditus supradicti non sufficiunt pro sustentatione cleri. Sperandum tamen Principis pietate amborum necessitates levandas esse novis provisionibus praediorum prope mare, quae utpote uberiora, maiori diligentia colunur. Cumque nulla provisio facta fuerit pro ceris et oleo quod per annum in Dei honorem consumendum est nec pro duobus sacristis, qui ecclesiam sunt custodituri suamque operam impensuri, Episcopus se, clerum et ecclesiam praedictam VV. EE. comendat.

De reliquo, sanguineis lacrymis status huius ecclesiae deplorandus est, ecclesiae inquam cathedralis S. Marci, in qua nec est altare privilegiatum pro fidelibus defunctis, nulla indulgentia pro annuis solemnitatibus, nulla pro continuis laboribus die ac nocte praestitis recognitio parocho et clero a fidelibus huius civitatitis recompensatur, quod est praeter usum omnium locorum, ut clare patet. Confluentia postea populi, quae praesertim diebus festivis ad ecclesiam cathedralem et parochialem tota deberet esse, fit omnino ad ecclesiam Fratrum Minorum, ita ut fere semper accidit, quandoque Episcopus pontificialia exercet, esto solemniter, vix duodecim fideles adsunt, quod advenis et exteris magnae admirationis est. Insuper in civitate Macarensi Fratres Minores decimas sibi colignut, Episcopo vero et clero continuum laborem relinquunt nec medietatem cerarum funeralium ecclesiae S. Marci pro celebratione missarum tribuere volunt, immo mordicus in contrarium defendunt, quamvis irrationabiliter, utque huic damno ac gravi praeiudicio EE. VV. providere dignentur, Episcopus humiliter deprecatur ad hoc ut et ministri dignam pro laboribus mercedem recipiant et iura ecclesiastica ac ius patronatus in suo robore conserventur, cum monita ac decreta ab Episcopo facta fratribus, exposita ante oculos, penitus spreta ac neglecta fuerunt. Verum enim vero, die 10 mensis octobris transacti Ill.mus et Rev.mus Angelus Emo[84]), Dalmatiae provisor generalis, proficiscens ad Narentinam provinciam pro bono regimine fortilitii Citluk, cum pluribus militibus

[83]) Klement XI (1700-1721).
[84]) Angelo Emo providur u Dalmacija (1714-1717).

associatus ad civitatem Macarensem apulit, ubi prius devotionis causa sacellum S. Marci cum multis nobilibus viris visitavit ibique diligenter observavit maiorem partem fabricae ecclesiae constructam fuisse. Vero possum dicere: angelus Domini descendit de coelo, ornamentum pietatis, iustitiae et prudentiae candelabrum aureum, illuminans subditos, idea virtutum se exhibuit tam in operando quam in gubernando populos, verus Israelita in quo dolus non est, qui toto corde sollicitus est sanctuarium Dei perficere necnon omnem diligentiam ac industriam perhibere ad maiorem Dei gloriam, animarum salutem, populorum commodum ac S. Marci Evangelistae laudem templum ipsius terminare.

Posteaquam Altissimo placuit, ut civitas Macarensis mihi gubernanda contigit, cognoscens ego debilitatem meam, fere omnes meas quotidianas supplicationes eidem Altissimo obtuli, a quo sancta desideria, recta consilia, iusta sunt opera, omnia procedunt, ut ille dux et praeceptor pastorum, quando res sua agitur, mihi modum gubernandi ostendat atque Serenissimo Principe protegente et adiuvante, in quo sunt sanctissimae virtutes, praeclarissimae operationes. In illo religionis pietas, iustitia recta et immaculata, zelus domus Dei, et si vires non supetunt, barbaras gentes debellandi desiderium, superbos ad nihilum redigendi, fidem orthodoxam deffendendi. Is studet ad opus perfectum sanctuarium Dei complere. Et ego laetatus sum in his quae dicta sunt mihi, gaudens gaudebo quod ante obitum meum templum Dei completum oculi mei conspecturi sunt.

Opere pretium Episcopus Macarensis duxit ad maiorem devotionem populorum in supradicta ecclesia S. Marci, quae pro divinis officiis clero deservit, sanctissimi sacramenti societatem instituere, ita ut omnes ferme, quando ad infirmos sacrum viaticum defertur, cum facibus et candelis maior pars convenit, nec non bonae mortis sodalitatem errexit et post Completorium divina misteria Christi fideles contemplantes intersunt: pro illo tempore Episcopus ipse et clerus populusve ad Deum mentes elevantes a curis domesticis se abstinent, terrena despiciunt et diligunt coelestia, derelinquentes confabulationes, potationes, ludos, choreas, omnia mundana exempla virtutum se ostentunt. Festa ex praecepto ac dies Sanctissimae Virgini dicatas diligenter observant, Indulgentias a Summo Pontifice missas maiorem in modum amplectuntur.

Omittendum non est epistolas circulares pro parochorum residentia et pro sacris ordinibus conferendis, quas annis elapsis piissimus et sanctissimus Summus Pontifex ad praesules misit, populis ac clero mirabiliter profuisse in illiricam linguam diligenter translatas necnon ad parochos dioecesis transmissas fuisse, quas omnes parochi, sacerdotes ecclesiastici et clerici magnopere tanquam coelestia divinaque pignora venerantur.

Episcopus omni diligentia ac industria congregationem in cathedrali stabilivit docrinae christianae, prius destitutam, ubi singulis dominicis post meridiem una cum suis canonicis, mansionariis ac clericis, Orationem Dominicam, Salutitationem Angelicam, Symbolum Apostolorum, decem Praecepta Decalogi ac quinque Ecclesiae docet. Tempore vero Quadragesimae pueros puellasque cum suis sacerdotibus instruit, quomodo debeant ad sacram communionem recipiendam accedere, monendo ipsos ut ante oculos habeant dictum Apostoli dicentis: Probet autem seipsum homo et sic de pane illo edat et de calice bibat; qui autem manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit, non diiudicans corpus Domini[86]), utque tam ven. sarcamentum summa devotione, angelica puritate, conscientia immaculata suscipiant, pro viribus conatur.

In visitationibus suae diocesis similiter omnibus parochis, capellanis coeterisque curam animarum exercentibus sub praecepto sanctae obedientiae et divini iudicii obtestatione mandat, ut singulis diebus dominicis dato signo companae publice fideles, praecipue pueros puellasve, ad ecclesiam parochialem post meridiem convocent, ibique per horam circiter ex libello cardinalis

[86]) 1 Kor. 11 27.

Bellarmini[87]), iussu Clementis VIII inquam edito, in linguam illiricam converso ac mea industria iam pridem typis mandato[88]), doceant idque non in lingua tantum latina, rudibus ignota (ita enim inepte et sine fructu discitur). sed materna et vernacula, sive italica sive illirica respective. neque solum verba memoriae, sed sensus menti, quantum tenera aetas vel hebes ingenium patietur, imprimere conentur. Neque enim frigida adhortatione invitare satis habeant. sed opportune, impportune (ut ait Apostolus) arguendo, increpando in omni patientia et charitate, non enim ficta, imo lenitate, blanditiis, munusculis, sacrarum imaginum donis alliciant, quae Episcopus iam elargitus est saepe saepius et in absentia sua doctrinae christianae praefectus vel poenitentiarius distribuere solent, ut perfecte et laudabiliter hoc opus divinum augumentetur. Quam ob rem supradictus praesul ad satisfaciendum suo muneri pastorali misit epistolas parochis, quando non possunt in ecclesia habere pueros ob distantiam loci, teneantur adire domos eorum horis accomodis et si parentes neglexerunt vel pueri, expellent eos ab ecclesia. Nulla poro parochos a supremi iudicii sententia, cui animarum cura reddenda est, ac ecclesiastica censura eximet. Nec domorum absentia nec puerorum in gregibus custodiendis occupatio neque alia causa, charitatis enim ingeniosa, tempus et horam opportune sceligere sciet et impedimenta removebit. Si autem quis absque legitima causa per quatuor continuas vices vel octo discontinuatas pro quolibet anno id munus praetermiserit, suspensionem a divinis incurrent Episcopo reservatam, et nihilominus pro qualibet vice poena pecuniaria medietatem ducati in imaginibus et praemiis emendis pro eadem doctrina applicandis.

Quod perfacile est in parva civitate Macarensi, opere praesertim Rev. di Viti Glavassevich, poenitentiarii ac curati diligentissimi, omnia circumspecientis, cuius pietati, zelo ac prudentiae Episcopus plurimum fidit, qui curam animarum diligentissime exercuit saepe saepius conciones in idiomate illirico habet, verbo et exemplo praedicat, pueros, clericos ac pauperes erudit, vere est plurimum laudandus, dignus operarius in vinea Domini exhibetur, ab Episcopo in partibus infidelium missionarii apostolici munere insignitus. Ad visitationem foraneam transeundam, quam scilicet in provinciam dalmatinam, cum Episcopus senio et mala valetudine impeditus obire nequiverit, Deo optimo maximo gratias agit quod suae imbecillitatis vices cum magno animarum fructu subiere, praesertim in fortilitio Citluk, duo sacerdotes Gregorius Latincevich, alumnus Lauretanus, et Stephanus Luccich, alumnus Firmanus, qui multum in vinea Domini laboraverunt et missionarii apostolici munus exercentes, doctrinam Christi pueros edocentes omnes numeros apostolici viri adepti sunt, ubi verbum Domini tam in xenodochiis quam in ecclesiis cum ingenti lucro multos filios Christo pepererunt valdeque ab omnibus incolis commendantur.

Denique, in festo S. Laurentii Episcopus cum duobus clericis et duodecim viris villae Brella ascendit montana Biocova, ubi invenit multitudinem christifidelium in cavernis degentes propter metum Turcarum fugentium Ottomanam tyranidem, quos ven. sacramento refecit, ut fortiores fiant adversus inimicorum insidias illosque consolatus in omni tribulatione eorum. Plurimos sacro chrismate linivit, rudes et ignaros verbo et opere erudivit miseros et egenos in necessitatibus sublevavit, in fide et divina vocatione confirmavit. Gens enim illa ex statu Ottomano fugiens, angelica puritate ornata et intimo, corde erga res divinas affecta est illustrationibus colestibus illuminata sacramentorum frequentia devotissima necnon erga sacram Sedem Apostolicam obsequentissima pro qua libenter, si opus fuerit, sanguinem suum fuderet et pro fide catholica omnia tormenta mortemque ipsam subiret. Tales, testis est Deus, Episcopus Macarensis in supradicta solitudine gloriosis meritis et exemplis invenit, dignos quidem propter eorum merita omni laude et tanquam angelos de coelo descendentes. Benedictus Deus, Pater Domni Nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui consolatus est Episcopum Macarensem in tribulatione sua, praesertim in civi-

---

87) Sv. Robert Bellarmino (1542-1621), Isusovac, kardinal, naučitelj Crkve.

88) **Nauk karstjanski kratak složen,** Venezia 1708; 1724.

tate et sua Dioccesi sub dominio Venetorum non esse aliquem Haebreum. schismaticum, publicum peccatorem, nec aliqua labe haereticali infectum maximasque gratias Deo agit vineam suam ab his plagis liberam extitisse nec in suo grege supradicta mala grassantur, sed vera, viva et pura fides amplectitur et vere a viatoribus Summus Pontifex Clemens XI magnopere veneratur.

Postremo Episcopus aetatis suae saepe saepius infirmitate detentus, in laboribus a iuventute sua multum debilitatus, praesentiens tempus suae resolutionis instare, ecclesiam suam, clerum suum seque ipsum humiliter Sanctae Sedi Apostolicae atque VV. EE. plurimum commendat sacrasque purpuras omni obsequio deosculatur.

In villa Brella, die 10 ianuarii 1716

EE.VV. humillimus, devotissimus et obsequentissimus servus Nicolaus Episcopus Macarensis et Narentinus.



13. Posljedni izvještaj biskupa Bijankovića u ovom vatikanskom svesku potpisan je u Makarskoj 1. kolovoza 1720. Predao ga je Jure Jurjević: *8 martii 1721 fuit data attestatio pro 45 triennio.* Ima 3 stranice. U njemu javlja, da je god. 1717. Venecija osvojila Imotski i da je na njegovo područje došlo god. 1719. oko 1000 pravoslavnih. Spominje također, da su neka mjesta njegove biskupije prisvojili splitski nadbiskupi.

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini, Domini mei colendissimi.

1. Nicolaus Biancovich, episcopus Macarensis et Narentinus, EE.VV. humillimus et obedientissimus servus aetatis suae annum agens septuagesimum secundum, absoluto iam triennio post ultimam suam relationem pro debito obedientiae erga Apostolicas sanctiones, ad sacra limina se conferret, eum praesertim excitante suo singulari obsequio erga Sedem Apostolicam, fidei et morum magistram atque erga optimum sanctissimumque Pontificem Clementem XI, qui eam hodie laudabiliter verbo et exemplo gubernat, sed propter paupertatem mensae ad sacra limina se conferre non potest, ut vellet, nisi per procuratorem Dominum Georgium Georgiceum Abbatem et canonicum S. Hieronymi illyricae nationis, virum virtutibus ornatum ac de Macarensis ecclesiae statu optime instructum, quem, supradictus Episcopus suppliciter exorat EE. VV., ut solita benignitate et paterna charitate procuratorem generalem admittere et approbare dignentur. Exhibebit ipse, bene instructus de omnibus rebus dioecesis Macarensis, relationem status huius ecclesiae quantum fieri potest diligentem et fidelem exponetque viva voce quae ad maiorem Dei gloriam atque christianorum in hac dioecesi sub Venetiarum dominio degentium conferre videbuntur.

2. Cum in praeteritis relationibus ecclesiae suae statum Episcopus diligenter descripserit necnon numerum christianorum catholicorum, qui inveniuntur in sua dioecesi, quibus omnes maximam obedientiam Summo Pontifici Clementi XI profitentur, nunc nonnulla solum recentia quae memoratu digna videntur EE. VV. humiliter et simpliciter supradictus Episcopus pastor suarum ovium, quae suam vocem audiunt, exponit in hac relatione.

3. Primum pro veritate asserit in civitate Macarensi cathedralem ecclesiam S. Marco dicatam, nobilis structurae, coeptam aedificari anno 1702 sumptibus Serenissimi Principis, nondum esse completam, praeter duo sacella unum in honorem S. Marci, alterum B. V. M. In primo viri diebus festivis sacrificium missae audiunt, in secundo mulieres, quae quotidie in eodem sacello ad Deum laudandum et orandum concurrunt, cum sint valde propensae ad opera spiritualia et ibidem in festivitatibus Deiparae Virginis sacram eucharistiam magna cum devotione sumunt, a choreis se abstinent et ab aliis mundi illecebris. Supradicta duo sacella vix possunt centum

homines capere ideoque reliqui, dum missae sacrificio intersunt, coguntur vim pluviae, frigora et ventos sustinere. Omnes magnopere dolent templum non compleri, ubi possint quiete et commode Deum orare et laudare. Episcopus ex sua parte quantum potuit institit Venetiis multumque deprecatus est consiliarios atque magnates reipublicae necnon provisores generales, ut dignentur perficere opus inceptum supradictae ecclesiae S. Marci ad commoditatem et utilitatum fidelium.

4. Episcopus tempore belli praeteriti suis sumptibus et industria aedificavit duas ecclesias, primam ad honorem B. M. V. de Victoria[89]), secundam ad honorem S. Hieronymi[90]), doctoris et protectoris Dalmatiae, multum necessarias ad commodum et utilitatem populorum.

5. Serenissimus Princeps anno 1717 bello praeterito gloriose obtinuit arcem Imoschi[91]), quae sub Turcico dominio existebat, vastum et magnum territorium vere continens. In suburbiis, villis et terris decem millia catholicorum fideliter vivunt, qui maximam venerationem, devotionem ac obedientiam Summo Pontifici ac Sedi Apostolicae praestant, declarantes se potius mille tormenta mortemque subire quam ab hoc proposito recedere. At anno praeterito, postqam venerunt mille circiter ex Zarina, Popovo et ex Montenigro pessima gens, schismaticorum turba, crudelissimi inimici nostrae religioniis, cum illis multa mala venerunt, quotidie horrenda scelera committunt, vere contrarii penitus operibus nostris, incitant schismaticos et Turcas adverus catholicos, ecclesias nostras nocte violant, portas earundem confringunt, sacra vasa atque paramenta furantur, viatores ac advenas spoliant et occidunt, vere sunt nunc flagellum christianorum, ubi Deus multiplicavit gentem, sed non magnificavit laetitiam[92]).

6. Anno 1718 et 1719 Episcopus visitavit totum territorium Imoschi et duo millia et sexaginta christifideles sacro chrismate in fide confirmavit. Parochos et capellanos instituit, verbum divinum illis gentibus inter missarum solemnia quotidie praedicavit, doctrinam Christi post meridiem pueros atque pastores docuit, confessiones fidelium aliquando a mane usque ad mediam noctem audivit, inimicitias discordiasque penitus extinxit, grassatores viarum et alios delinquentes publicos illius loci convertit plurimumque insudavit, ut nonnullos praevaricatores ad viam veritatis reduceret; omnia omnibus factus est ut omnes lucrifaceret.

7. Hac in visitatione Episcopus summo dolore affectus est videns suam sponsam irrationabiliter mutilatam. In sua enim absentia, dum esset Venetiis, Stephanus Cosmi, archiepiscopus Spalatensis, duas villas in comitatu Imoschi, vulgo Uggliani et Novasella cum nonnullis aliis conterminis sub dominio Turcarum sine ratione (totum enim territorium arcis Imoschi semper fuit dioecesis Macarensis) in suam transtulit iurisdictionem. Stephanus vero Cupilli[93]), successor ipsius, plures villas et parochias in territorio Imoschi usurpavit et eodem anno quo migravit e vita partem territorii Imoschi visitavit et ibidem sacro chrismate confirmavit dioecesanos episcopi Macarenisis, cum maximo praeiudicio et admiratione praedicti Episcopi, falcem misit in messem alienam absque licentia, sacramenta administravit et parochias ecclesiae Spalatensi adscripsit.

8. Hac de causa pluries Episcopus utrumque archiepiscopum allocutus est, ut sibi usurpata loca redderentur, sed semper blandis verbis, nunquam solidis factis satisfecēre. Rogat igitur enixe humiliterque EE. VV., cum ob

---

[89]) Crkva je sagrađena u **Brelima,** pokraj kapelice sv. Filipa Neri, da zahvali Bogu za kršćansku pobjedu kod Sinja god. 1715. Cfr. M. MIKULIĆ, **De vita,** 61.

[90]) Možda misli na katedralu, koja je imala zaštitnike sv. Marka i sv. Jerku.

[91]) Mlečani su zauzeli Imotski 2. kolovoza 1717. Cfr. A. UJEVIĆ, **Imotska Krajina,** Split 1953, 91.

[92]) Cfr. **Ibidem,** 93.

[93]) Venecijanac rođen 1659. Rednovnik Somask, God. 1699 imenovan za trogirskog biskupa, a god. 1708. postao splitski nadbiskup. Umro god. 1719. Cfr. **Hierarchia catholica,** V 361 38.

inopiam suam et gregis adiuvandi necessitatem, lites nequeat excitare, ut Domino Lago[94]) recenter electo et consecrato, arhiepiscoporum Cosmi et Cupilli successori, demandare dignentur (quemadmodum quinquennio ante actum est cum Georgio Patacich episcopo Bosniae[95]), qui et ipse similiter in Macarensem dioecesim se ostendere moliebatur) ne usurpatas a dictis praedecessoribus suis villas suae iurisdictioni arrogat, sed pacifice reddat pastori legitimo qui totum territorium Imoschi, in quo dictae villae existant, in pace et in bello per duodecim annos, dum vicariatu apostolico fungebatur, semper ut membra dioecesis Macarensis visitavit et agnovit.

9. Redditus pro mensa episcopali a Serenissimo Principe sunt assignati in terris et in campis mille ducati monetae Venetiarum. Pro clero et capitulo mille monetae provinciae Dalmatiae, sed iis temporibus propter terrae sterilitatem vix episcopus ex supradictis campis et praediis quatuor centos potest exigere et clerus tercentos dalmaticos. Non est assignata dotatio vel redditus pro sacristia ecclesiae S. Marci, pro ceris, oleo, ministro et custode sanctuarii, quod est valde necessarium pro cultu et veneratione templi.

10. Pro bono regimine et conservatione fidei catholicae pastor animarum litteram circularem omnibus parochis, capellanis ac ministris ecclesiarum scripsit, obsecrando in visceribus Jesu Christi, maxime in confinibus Turcarum existentibus, ut in Circumcisione Domini, in tertia festivitate Paschae, in festo S. Petri et Pauli necnon S. Stephani post Nativitatem omnes populo excellentiam, nobilitatem, sanctitatem veritatemque fidei nostrae catholicae exponant, dicentes sequentia verba: Nisi quis fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit. Caeteris magistris doctrinae christianae multum commendavit, ut pueros et adultos ad captum idiomate illyrico edoceant, qualitatem virtutemque nostrae fidei esse necessariam ad abtinendam aeternam beatitudinem.

11. Tandem Episcopus Macarensis testificatur coram Deo qui iudicaturus est vivos et mortuos loquiturque cum Divo Paulo: Cum venissemus in Macedoniam nullam requiem habuit caro mea, sed omnem tribulationem passus sum; foris pugnae, intus timores. Tempus resolutionis meae instat. Ideoque implorat auctoritatem S. Sedis Apostolicae, praecipue adversus archiepiscopos Spalatenses in messem alienam falcem mittentes ac debita veneratione et obedientia erga eandem S. Sedem, fidei magistram, oraculum sapientiae, exemplar sanctitatis, tribunal iustitiae immaculatae a Spiritu Sancto illuminatum, omnia haec humiliter et reverenter exponit pro bono regimine suae dioecesis promittens se omnem diligentiam et studium pro animarum salute et pro iuribus suae ecclesiae defendendis impensurum. Qui secum ecclesiam ipsam Beatissimo ac Sanctissimo Patri Clementi papae XI, sapientisime gloriosissime ac sanctissime regnanti necnon Eminentiis Vestris tanquam Ecclesiae militantis luminibus quamplurimum recommendat sacramque purpuram omni obsequio deoculatur.

Datum Macarscae, die 1 augusti 1720.

Humillimus devotissimus ac obedientissimus servus et subditus.
Nicolaus Biancovich, episcopus Macarensis.

Biskup Bijanković je poslije ovog izvještaja živio još gotovo deset godina, ali nije kroz to vrijeme poslao više nijedan izvještaj, iako je tražio da njegov opunomoćenik posjeti »limina«. Tako je Jure Jurjević 18. prosinca 1723. dobio potvrdu da je posjetio limina »cum prorogatione ad annum translationem status«. Isto tako je potvrdu dobio 28. rujna 1976. za 47. trogodište, a »limina« je posjetio i 15. prosinca 1729. za 48. trogodište.

94) Venecijanac rođen 1665, redovnik Somask, imenovan splitskim nadbiskupom god. 1720. Umro je 1730. Cfr. **Hierarchia catholica,** V 361.

95) Cfr. M. MIKULIĆ, **De vita,** 51-52.

5. — STJEPAN BLAŠKOVIĆ (1731—1776

Nasljednik Nikole Bijankovića bio je Stjepan Blašković. Rođen je na otoku Šolti 1689[96]). Rano je odlučio postati svećenik. Po svoj prilici na njegovo životno zvanje utjecao je Nikola Bijanković, tadanji generalni vikar splitske nadbiskupije, koji je u Splitu osnovao Kongregaciju sv. Filipa Nerija, t. zv. Oratorijance. Splitski svećenik Nikola Papadopoli rekao je 2. svibnja 1731. da je Stjepan Blašković ušao u onu Kongregaciju kad je imao 8 godina[97]). Za svećenika redio ga je u Splitu 17. prosinca 1712. splitski nadbiskup Stjepan Cupilli[98]). Opsluživao je razne dužnosti u svojoj kongregaciji, a bio je i starješina (prepozit). Posebno ga je cijenio Nikola Bijanković, i kad je postao makarski biskup zvao ga je da mu bude pratilac na nekim pastoralnim vizitama biskupije. Konačno, on ga je malo prije svoje smrti, pismom od 20. srpnja 1730, preporučio za svoga nasljednika u makarskoj biskupiji[99]). Uistinu, nakon Bijankovićeve smrti, mletačka republika izabrala ga je 17. veljače 1731. makarskim biskupom. Taj je izbor Papa potvrdio 24. rujna 1731, pa je posvećen za biskupa 10. veljače 1732. u Veneciji. Svečano je ušao u biskupiju 13. lipnja 1732. Umro je 17. studenog 1776[100]).

U vatikanskom svesku izvještaja makarske biskupije ima 13 izvještaja biskupa Stjepana Blaškovića. Sve svoje izvještaje predao je preko svojih opunomoćenika.



14. Biskup Stjepan Blašković započeo je god. 1732. svoju biskupsku dužnost.

Po ondašnjim odredbama morao je već one godine posjetiti »limina«, jer se završavalo 49. trogodište. Budući da nije mogao radi kuge ići u Rim, dozvoljeno mu je 15. prosinca 1732. da to učini preko opunomoćenika, ali »cum obligatione tamen trasmittendi relationem ecclesiae statim post peractam visitationem diocesis«. Na temelju te dozvole, Blašković opunomoćio je Jurja Jurjevića, kanonika sv. Jeronima u Rimu, koji je u prosincu 1733. obavio vizitu »ad limina« Kako piše na poleđini biskupove molbe: *20 decembris 1733: Fuit data attestatio pro 49 trien nio ut supra.* Budući da je kongregacija tražila da naknadno pošalje i izvještaj o biskupiji, Blašković je udovoljio toj odredbi 1734. Tada je poslao svoj prvi izvještaj, potpisan u Makarskoj 25. svibnja 1734.

Eminentissimi et reverendissimi domini, patroni colendissimi,

Ego Stephanus Blascovich, episcopus Macarensis, Narentinus et administrator Dumnensis, nondum absoluto triennio postquam ad meae ecclesiae infulas promotus sum, pro debito obedientiae erga apostolicas sanctiones, sacrorum liminum visitationem initurus, quam libentissime ad Romanam me Curiam personaliter conferrem, memetipsum praesertim excitante meo singulari obsequio erga hanc S. Sedem, fidei ac morum magistram, necnon optimum maximumque Pontificem, qui in ea hodie sapientissime regnat,

[96]) Kršten je 2. siječnja 1689, pa je možda rođen dan prije. Cfr. Vatikanski Tajni Arhiv, **Processus consistoriales,** vol. 117, f. 457r.

[97]) **Ibidem,** f. 453v.

[98]) **Ibidem,** f. 458v-459v.

[99]) **Ibidem,** f. 463r-464r.

[100]) Cfr. **Hierarchia Catholica,** VI, Patavii 1958, 271.

sed praepeditus cum curis aedificandi cathedralem ecclesiam triginta ab hinc annis construi inceptam et nondum absolutam, pro cuius aedificatione Serenissimus Princeps generose nunc postremo sexcentos nummos aureos intermisit, et multo magis, quod praesentia mea indigeat civitas totaque dioecesis valde laboriosa, per procuratorem virum Illiricae nationis, iam pridem notum, negotiorum meae ecclesiae plane conscium mihique percharum D. Georgium Abbatem Georgiceum, S. Hieronymi in Urbe archipresbiterum, huic muneri satis superque satisfacere posse existimavi, quod EE. VV. pro summa benignitate approbaturas esse non dubito. Exhibebit quoque ipse relationem status huius ecclesiae quantum fieri potest exactam, fidelem addetque viva voce ea que sunt ad maiorem Die gloriam atque horum populorum profectum, qui post acerbam Turcarum tyranidem in serenissimae piissimaeque reipublicae tutalla **conquiescunt.**

Macarscha civitas est ad' maris Adriatici litus posita, antiquitus, ut fertur, ab Hungariae regibus fundata, postae saeculo decimo quinto a Turcis occupata[101]). Peleponesiaco[102]) vero bello feliciter victricibus Venetae reipublicae armis acquisita. Quapropter Alexander VIII Summus Pontifex, excellentissimo senatui Veneto ius elligendi episcopum concessit et in ius patronatum errexit[103]).

Visitatio civitatis omnino completa est; et in ea unum templum inveni sub nomine SS. Marci Evangelistae et Hieronymi Doctoris, quamvis commode quasi semper in ipsa civitate peragere quotidie possum. Omnia enim quae sunt vel accidunt tanquam in loco parvo oculis ac auribus Episcopi facile subiici possunt. Quod etiam suppleri potest ope praesertim Canonici et auditoris generalis domini Viti Glavasevich, omnia circumspicientis, cuius pietati, prudentiae ac doctrinae Episcopus multum fidit.

Episcopatus Macarensis confinia, cum de solo Veneto dominio sermo est, incipiunt a loco Pusta Vruglia ex occidentali plaga et ex parte occidentali usque ad montem Xabba inclusive prope statum Ragusinum, et septemtrionalem versis usque ad arcem Imoschi infra montes triginta milliaria distantem a civitate Macarensi, ab arce autem Imoschi in superiori parte versus occidentem extenditur usque ad Studenzi et Opanzi inclusive prope flumen Cetina.

In comitatu autem Caetinae sunt sequentes villae transactis temporibus, praesertim autem cum Turcicae erant ditionis, ab episcopo Macarensi gubernabantur ac in ipsius episcopatu computabantur usque ad annum 1693, a quo usque ad annum 1699 vacavit episcopatus Macarensis, cum nondum a Serenissimo Principe creatus fuerit; et hoc tempore vacationis archiepiscopus Spalatensis Stephanus Cosmi manum misit, ut ita dicam, in messem alienam; nam omnes nunc subnominandas villas regere cepit suoque archiepiscopatui subiecit et usque adhuc perseverant esse in archiepiscopatu Spalatensi. Quo autem iure, ignoratur. Nam episcopus Macarensis multa argumenta et validas probationes prae manibus habet, quibus evidenter probatur esse episcopatus Macarensis sequentes villas, iam usurpatas, nempe Cista, Caporize, Vedrine, Srimandolaz, Ugliani, Nova Sella, Biarine, Budimiri, Braicovichi, Lozichi, Tiarize, Dobragne, Svib Velichi, Glev, Biscupov Zub, Carman Dol, quae omnes ab episcopo Macarensi contestatae sunt in Curia archiepiscopali sine praeiudicio suarum rationum educendarum, non autem adhuc ob multa impedimenta in iudicium deductae sunt.

Traditur quoque et veteres paginae ostendunt civitatem Almissi olim fuisse infra confinia episcopatus Macarensis ipsosque episcopos Macarenses in ea residentiam habuisse, nunc vero in dioecesi Arhiepiscopi Spalatensis computatur et hoc puto ob longam annorum sedis episcopalis vacationem[104]).

In dioecesi Macarensi plura oppida, sed fere omnia diruta conspiciuntur, praecipua tamen sunt in districto Narentino. Forte Opus eractum, postquam

---

[101]) Cfr. naprijed n. **54.**

[102]) Peleponeški ili Bečki rat (1683-1699).

[103]) **Etsi mortales** od 22. studenog 1690 uređuje patronat mletački nad makarskom biskupijom. AP, SOCG, vol. 554, f. 404r-409r.

[104]) B. PANDŽIĆ, **Marijan Lišnjić,** 50-51

igni lata est civitas Citluch, ob insalubris aeris intemperiem, idest initio belli proxime transacti[105]), alto flumine circumdatum, praesidio militum tormentisque bellicis munitum, ubi sunt octo domus schismaticorum Servianorum, profecto nullius religionis nulliusque ritus; nam quid credere debeant omnino ignorant. In toto autem territorio Narentino habentur circiter quadraginta familiae schismaticorum. Illorum parochus, posteaquam examini expositus fuit, haud dissimilis suorum villicorum apparuit, imo incredibile dictu longe illis ignorantior nactus est et cum sese Turcicae ditionis ostenderit, interdicta ipsi fuit quaecumque sacramentorum administratio.

In actu visitationis reperi ecclesiam ab illis errectam hyeme praeterito[106]) absque requisita facultate episcopi et excellentissimi Senatus, quam statim interdixi. Quapropter iidem schismatici recursum ad excellentissimum Provisorem generalem provinciae habuerunt, sed transactis mensibus, cum Venetias apulerim supplicationesque contra eosdem praesentaverim, totam spem in piissimi chatolichisimique Principis zelo religionis repono et cum spe remedii quiesco. Alterumque oppidum est versus septemtrionalem partem Vargoraz[107]), equidem inespugnabile, non tam ob montis inaccessibilis asperitatem, ubi errectum est, quam ob incolarum peritiem in armis et insidiis, in quibus continuo versantur cum Turcis arcis Gliubuschi, Othomanicae ditionis, ab invicem parvae distantiae et cum iis nunquam pax concludi potest.

Proseguendo iter infra praeruptos incultosque montes ad arcem Imoschi[108]), ultimo bello a Venetis victricibus armis acquisita, pervenitur. In subuurbio Imoschi centum et viginti domus existunt schismaticorum in occasione supradicti belli transmeatorum ex Popovo Othomanici status[109]), quem antea incolebant, et hi habent ecclesiam recenter extructam ante meum adventum cum permissione Principis; et hi quoque nihil in religione et ritu ab illis Narentinis differunt.

Ecclesia cathedralis, ut antea dixi, nondum est absoluta, sed brevi illam perfectam fore non dubito, bonae structurae et capacitatis. Sex canonici et quatuor mansionarii duoque clerici in ipsa diu noctuque divina officia persolvunt, et hi omnes ab Episcopo eliguntur ex concessione brevis Alexandri papae VIII; archidiaconus a serenissimo collegio creatur, ultimis his diebus ob magnam instantiam per me Serenissimo Principi factam, etiam institutio parochi cum stipe secuta est parochusque per concursum Dominus Dr. Domnius Maslarda, alumnus collegii Urbani de Propaganda Fide, creatus est[110]).

Triginta sex parochiae in episcopatu Macarensi enumerantur, quinque presbyteri saeculares administrant, triginta et unam Fratres Minores de Observantia S. Francisci, et ecclesiae eorum supelectilibus sacris omnino carent, praeter quatuor aut quinque. Plures ecclesias paleis opertas inveni absque ullo signo loci sacri et sine imaginibus sacris, immo in iis additus animalibus patet, quod certe lacrimis deplorandum; aliae in calce aedificatae elleemosinis fidelium nullosque pro fabrica redditus possident.

Loca autem, quae a patribus conventus Foiniza reguntur, sunt sequentia: Rama, Duvno, Pachitno, Busco Bllato in comitatu Livno cum Grabo-

---

105) Nakon što su god. 1716. Mlečani porušili tvrđavu Čitluk, naprave utvrdi Forte Opus (Opuzen). Cfr. I. SMOLJAN, **Neretva,** Zagreb 1970, 51-52.

106) Crkva je napravljena god. 1733. u selu Trnovo pokraj tvrđave Forte Opus. Bila je od drveta. AP, **SC Dalmazia**, vol. 7, f. 584rv.

107) Utvrda Vrgorac napravljena je prije dolaska Turaka. Kao turska spominje se prvi put god. 1503. Cfr. K. JURIŠIĆ, **Katolička Crkva,** 19.

108) Imotska tvrđava spominje se oko polovice 10. stoljeća. Cfr. A. UJEVIĆ, **Imotska Krajina,** 85-86.

109) Preselio ih je opći providur Alvise Mocanigo god. 1719. Cfr. A. UJEVIĆ, **Imotska Krajina,** 93.

110) Dujo Maslarda rođen je u Vrhdolu oko god. 1705. Biskup Bijanković poslao ga je god. 1720. u Rim, da završi škole i postane svećenik. God. 1732. napustio je Rim i postao župnikom u Makarskoj. God. 1741. imenovan je kanonikom teologom makarske katedrale. Cfr. AP, **Collegio Urbano,** vol. 5, f. 52v; **SC Dalmazia** vol. 9, f. 168r.

vaz, Koscopoglie, quae pariter loca a quatuor parochis reguntur, cum in rei veritate quindecim non sufficerent; quod mihi liquido constat. Consuleret adhuc Episcopus huic malo, nisi Fratres Minores S. Francisci a Turcis mandata obtinuissent nullum alium sacerdotem posse supplere vices parochi praeter eos, et ex hoc innumerabiles christifideles sine sacramentis mortem oppetunt, quod isti sapientissimo congressui humiliter submittit pro remedio et instat.

Etiam loca episcopatus Macarensis sub tyranico Turcarum iugo existentia et a Patribus conventus Cressevo in Bossina Argentina administrata sunt sequentia: Mostar civitas magna ac locuples, plena Turcarum populo, Mostarsco Blatto, Bilopoglie, Brochno, Gliubuschi, Drinovzi, Possusje, quae loca singula in magna distantia extenduntur et ut complete peragantur multorum dierum spatio opus esset, a solis autem quinque parochis ex supradicto conventu Cressevo reguntur et unusquisque eorum parochorum deberet profecto duos seu tres adminus coadiutores habere, cum locorum magna sit distantia et incolarum per montes et valles dispersio. Et ne imposterum tot christianorum animae ruant in perditionem, sicuti adhuc, humiliter pro remedio ad vos EE. PP., reccurro.

Tria in diocesi Macarensi reperiuntur regularium monasteria in statu Veneto. Quartum autem monasterium est Almissi[111]) sub archiepiscopatu Spalatensi, ex quo Patres in dioecesi Macarensi octo curas animarum habent in territorio Imoschi, qui tempore ultimi belli ob metum Turcarum ex dicto territorio Almissium se receperunt. Patres autem horum quatuor conventuum possident praedia, agros, domos, molendina, olivaria et ingentes redditus, eleemosinas, praeter conventum Almissi recenter errectum, qui tamen pingues parochias possidet, agros, contributionibusque parochialibus valde ditatur. Idem Patres horum conventuum difficile Episcopo subiciuntur. Ex ipsis fere per totam dioecesim parochi extrahuntur et a superioribus conventuum Episcopo pro approbatione praesentantur, quamvis inviti ac malo animo; omnes sine approbatione curas exercere vellent.

In parochiis quas Patres Minores de Observantia regunt quantum potui templorum cultum promovere curavi abususque evellere et praecipue ressidentiam parochorum firmare curavi pro illaque quantum potui institi, quamvis nondum effectum sortitus sum, sed pugnas, lites, rixas et multa alia incomoda convitiaque subii a Patribusque continuo agitor et ad tribunalia saecularia trahor, qui ne parochi necessarii provideantur, non tantum plebem, sed etiam offitiales et iudices per totam dioecesim submovent excitantque ut opponantur tam magno bono et spirituali utilitati[112]).

In cathedrali ecclesia tres confraternitates inveniuntur: una Sacratissimi Corporis Christi, altera Bonae Mortis sub invocatione S. Caii papae et martyris et tertia SS. Rosarii eleemosinisque fidelium alluntur.

In dioecesi curavi toto conatu institutionem scholae venerabilis eucharistiae, sed tot tantaque obstacula huic sacro operi obviaverunt, ut opus fuerit ad opportunius tempus hanc curam multis in locis remittere.

Elapso anno, postquam ad meam ecclesiam accessi, continuo in ipsa moratus sum, praeter duos menses infra quos Venetiis me detenui pro auctione mensae episcopalis atque capituli praesertimque pro fabrica ecclesiae, quae omnia Deo aspirante consecutus sum, quamvis non paucis expensis et laboribus.

Una vice hactenus visitationem totius dioecesis explevi in statu serenissimae reipublicae, sacras ordinationes administravi, quatuor circiter millia s. chrismate delinivi, verbum Dei per memetipsum tam mane quam post praedicavi cum gaudio illorum fidelium audientium linguam et admonitiones proprii pastoris.

Adhibui lustrando visitatione dioecesim duos sacerdotes, nempe Dominum Doctorem Domnium Maslarda, Collegii Urbani de Propaganda Fide, et D. Antonium Antulovich, Collegii Firmani alumnos, qui omnes numeros sui offitii adimplerunt non parvo animarum fructu et fidelium gaudio.

---

111) Franjevci su god. 1715. preselili se iz Imotskog u Omiš. K. JURIŠIĆ, **Katolička Crkva,** 122-124.

112) Cfr. S. ZLATOVIĆ, **Franovci,** 258-261.

Taxa Metropolitana in Macarensi cancelleria observatur. Canonici et alii de clero addicti choro iugiter intersunt omnesque ante, lucano tempore, constanter ad matutinas preces in choro assurgunt aliasque divinas horas suis temporibus magna cum pietate et diligentia Deo persolvunt. Missam conventualem et Vesperas, praeter dies festos et dominicos, sine cantu, clara autem voce cellebrant diebusque festivis eidem missae conventuali et cantui ego quoque intersum. Carent cantu Gregoriano, exceptis duobus. Missa conventualis pro benefactoribus nondum applicatur.

Parochi dioecesis fere sunt omnes Patres Minores de Observantia parum ad ressidentiam proni[113]) et aedicta ab Episcopo contra non ressidentes aedita parvi pendent. Retinent apud se libros matrimoniorum, baptizatorum mortuorum et status animarum in parochiis existentes, et hoc in visitatione coacti, nam valde negligentes in huiusmodi re extiterunt. Hi parochi regulares multis in locis aliorum sacerdotum opera indigent, ut sacramenta populo administrent ob nimiam distantiam plurium villarum sub uno tantum parocho existentium et quamvis superiores conventuum multoties per me admoniti ut idoneos sacerdotes ad obeundas vices parochiales praesentent, tamen adversati sunt et ad praesens adversantur meque ad provisorem generalem provintiae in iuditium trahunt et instant, ne novi quid in hoc negotio nascatur, sed ut sicut antea praeceps grex sine pastore ruat magno conatu insistunt. Causa tam vehementis patruum ac guardianorum oppositionis est, ne multiplicatis per villas parochis decrescat et minuatur contributio illa, quae dari solet a christifidelibus eisdem parochis, qui cum sint pauciores superabundantior et copiosior ex parochiis ipsis contributio in conventus fluit sicque postposita salute animarum conventus maiora emolumenta percipiunt, ita ut res seu interesse est unicum motivum ne parochi multiplicentur. Nam guardiani, relicita aliqua parvula parte parocho ex illis contributionibus, quae a populis eisdem dantur, omnia in conventus trahunt et sic locupletes evadunt. In visitatione valde crassam ignorantiam de mysteriis fidei in illis fidelibus reperi, quod cum mihi magno dolori foret, mandavi ut parochi inter missarum solemnia omnibus diebus festivis populum pascant salutaribus verbis et post vesperas, dato campanae signo, doctrinam christianam et alia quae sunt necessaria ad aeternam salutem edoceant.

Hic tamen non est praetermittendum in civitate et dioecesi Macarensi esse decem allumnos de Propaganda Fide. In ecclesia cathedrali sunt sex, nempe R. Georgius Cacich, archidiaconus, R. Michael Antulovich, R. Stephanus Lucich, R. Ioannes Cacich canonici ecclesiae cathedralis; R. Domnius Maslarda et Antonius Antulovich mansionarii eiusdem ecclesiae cathedralis; R. Laurentius Radoicovich et Petrus Devcich munia parochialia in villa Podgora multis abhinc annis exercent. R. Nicolaus Vrlich pariter in villa Drasnize manet nullumque negotium seu exertitium spirituale tenet. Rev. dus Georgius Tomicich, Collegii Urbani, nunc reperitur in civitate Spalatensi sub archiepiscopo, cum sit allumnus ecclesiae Macarensis. Regressus huius valde esset necessarius ad suam dioecesim, cum sit messis multa, operarii autem pauci et ideo rogo EE.VV. pro remedio. Nullus horum alumnorum adhuc fecit nec facit sacras missiones, uti ad ipsos attinet, et vere magna necessitas in hac dioecesi, praesertim in Turcica ditione huius sacri exercitii est magnusque profectus spiritualis et lucrum animarum non hauritur sed deperditur. Huic malo solum mederetur iussu Eminentiarum Vestrarum, aliter nulla spes, cum variis modis Episcopo defuncto oppositi sunt et similiter adhuc opponuntur.

Quinquies ad confinia Othomanica tempore visitationis perrexi instantibus christifidelibus Turcico iugo subiectis, ubi praesentibus et audientibus ipsis Turcis cum magna fidelium consolatione et gaudio verbum Dei praedicavi, confessiones excepi, imagines sanctorum in defectu cerae benedictae et numismatum seu medagliarum illis catholicis distribui, cum debita sanitatis

[113]) Franjevački župnici ponajviše su boravili u samostanima i iz njih služili župe. Pod Turcima to je bilo većinom jedino moguće. U dijelu makarske biskupije, kojeg su osvojili Venecijanci, župnici su mogli stanovati u župama, ali je trebalo vremena, dok se za to sve pripravi.

cautella, nam tunc temporis lues pestilentialis cum magna clade per totam Bossinam grassabatur et adhuc in illis partibus suspectus habetur.. Quot lacrimas, quot suspiria ille populus, certe fidelis, ob laetitiam conspiciendi proprium pastorem perraro visum effuderit et quanta diligenti attentione ore hianti illum concionantem auscultaverit, satis exprimi non potest. Et moram me agente, praecipue ad confinia Othomanicae ditionis vulgo Oraovgle, prope oppidum Vargoraz, excipienteque confessiones et verbum Dei administrante christianis sub tyranico Turcarum iugo existentibus, ubi fere duo millia catholicorum convenerant, quidam Ioannes Pruscicich de Brochno nomine illorum christifidelium toto populo audiente quaestus est de Patre Fr. Jacobo Rasputich, eorum parocho, de familia conventus Cressevo in partibus, non eum debitam assistentiam illi genti praebere, tam in administratione sacramentorum quam in aliis rebus ad aeternam salutem spectantibus et iuramento affirmavit coram omnibus quingentos christianos subiisse mortem sine confessione et multos sine baptismo, praeter illos a lue pestilentiali occisos. Quod cum gravi dolore audissem, per epistolam significavi superioribus conventus Cressevo iussique alium collocari et nondum obtemperaverunt, imo epistolam a me ipsi Patri Rasputich missam ut populo adventum praesulis ad confinia annunciet, publice igni tradidit excommunicavitque omnes, qui ad episcopum accessum habere vellent et hoc in actibus dioecesanae visitationis adnotatum fuit. Intueamini EE. PP. acie sapientiae vestrae rem lacrimis quidem sanguineis deplorandam et hic opem ac remedium a vobis, PP.EE., humiliter exposco.

Populi mores certe catholici, gens timens Deum, docilis ac perspicacis ingenii, litterarum capax si cultura adesset, sacerdotibus obsequiosi et praecipue Episcopo, ex cuius nutu omnino pendent. Decrevi quoque ut omnes parochi regulares singulis dominicis festisque de praecepto missam pro populo eorum curae commisso applicent. Gravi merore animi percepi parochos regulares tres missas in Nativitate Domini publice ex altari ad cellebrandum solere exhibere pro illo qui plures nummos aut animalia vel quid simile offerre paratus est et instantibus ipsis populis hoc a me interdictum fuit, sed utinam executioni demandaretur.

Nemo ex ordinandis ad primam tonsuram et quatuor minores ordines admittitur nisi munitus attestationibus parochi de vita et moribus, de frequentatione sacramentorum, fide baptismi et confirmationis deque legitimis natalibus et hi per aliquot dies vacant spiritualibus exercitiis, cum ordinandi in sacris per octo dies vacent iisdem exercitiis deferuntque omnes vestem clericalem.

Utinam regulares, curam animarum exercentes, munus sibi commissum fideliter adimplerent, nec praedecessori meo f.r. Nicolao Biancovich nec mihi haec tam magni momenti res esset intimi doloris et inquietudinis. Nam multae parochiae quas ipsi tenent sunt spatii tam magni ob distantiam domorum et habitationum, ut tota die equitando vix una parochia circumdari possit. Has spatiosas parochias dividere curavi iussique ex una duas fieri, sed patres vehementer obstant et me ad tribunal provisoris generalis in provincia trahunt et adhuc lis sub iudice est.

Frustranea in visitatione decreta episcopalia habentur, quando christifideles cum magno animarum detrimento sine parocho obstantibus fratribus existunt. Sed ne damnum aliquod spirituale animae sanguine Agni immaculati redemptae subeant, quatuor tantum saeculares presbyteros provisionaliter in parochiis maioris spatii suffeci, nempe duos alumnos de Propaganda Fide, R. Petrum Devcich et Nicolaum Vrlich, alios vero duos ex hac ecclesia cathedrali, et hi spatio quindecim dierum reversi sunt in domos suas, expulsi a populo excitato a conviviis fratrum necnon ab ipso iudice provisore, ad quem recursum Patres habuerunt. Tres ad instantiam P. Fr. Antonii Bandich, gurdiani tunc conventus Almissi, et quartus ad instantiam P. Fr. Petri Gabrich, tunc guardiani conventus Macarensis. Ad hunc statum redactus est Episcopus Macarensis, Patres Eminentissimi, et quid agere debeat humiliter deposcit.

Nulla onera missarum et anniversariorum in ecclesiis inveni, imo nec legata pia ecclesiaeque solis fidelium elemosinis substentantur. In parochiis fratribus Minoribus subiectis trina eleemosina intra missam colligitur: prima

pro parocho, secunda pro animabus purgatorii quae in libro descriptae non apparent. imo nec liber ipse invenitur, tertia demum pro ecclesia, quae ubi deest saxis aedificata et desunt procuratores et hanc quoque parochus sibi recipit; quapropter fere omnes ecclesiae sacris supellectilibus carent ac fonte baptismali nec venerabilis eucharistia tenetur, exceptis duobus locis, nempe fortiliciis Forte Opus et Imoschi. Quoad eleemosinas decrevi ut omnes eleemosinae, quae tempore missae colliguntur ad ipsam ecclesiam pertineant et hoc fuit occasio magnae indignationis Fratrum ipsis decretis resistentium. Omittitur expositio aliarum eleemosinarum, quas fideles elargiuntur, praeter contributiones parochiales. Non tantum in confiniis Turcarum, sed etiam christianorum deploravi tot animas sine sacramentis poenitentiae et baptismi periisse, cum unus parochus regularis in parochia tam vasta in necessitate habere non potest suasque vices unus in locis tam magnae distantiae supplere nequeat.

Postremo, intimo cordis affectu genuflexus oro EE.VV. ut remedium praebeatur curis huius dioecesis a Patribus de Observantia tentis, id est ut dicti Patres quantum spectat ad curam animarum aut diligentiores se praebeant et Episcopo obedientiam praestent aut a curis animarum removeantur. Nam omnem subiectionem et obedientiam Fratrum parochorum guardiani conventuum sibi asciscunt et ideo in regimine animarum cum illis continua pugna et nullus profectus habetur. Inter hos est quoque malum cui adhuc mederi non potui, quamvis plurimum laboravi, nempe quod parochi Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci in Turcica regione ex conventibus Foiniza et Cressevo in Macarensi dioecesi curam animarum exercentes ad annuam confirmationem (ut moris est) neque personaliter neque per litteras nisi perraro et pauci accedere volunt[114]) et sic sacramenta post expiratam facultatem administrant curamque animarum gerunt, de quo superiores ac guardiani conventuum supradictorum sunt pro remedio rogati ac moniti, et nullus profectus admonitionis usque modo visus est, imo omnino desperatur, nisi a S. Sede perterriti et coacti fuerint.

Dioecesis haec Macarensis magna ex parte, ut annui, in Turcicam regionem extenditur, ubi desunt praesbyteri saeculares, praesertim alumni de Propaganda Fide, ideo humiliter et enixe deprecor EE.VV. ut oculos piissimos ad hanc desolatam regionem dirigant, in mente teneant et iuvenes ex his partibus in Collegia de Propaganda Fide collocandos curent.

Haec omnia EE.VV. pro debito mei pastoralis regiminis fideliter exposui ac subieci hisque plagis medicamina exoptans expectansque, polliceor me omne studium, laborem et curam inpensurum pro animarum salute curanda iuribusque Ecclesiae servandis, me meamque ecclesiam valde EE. VV. commendo et demum obsequentissiimo animo sacras purpuras deosculando remaneo.

Macharschae, die 25 maii 1734.

EE. VV. humillimus devotissimus ac obsequentissimus servus Stephanus Blascovich episcopus Macarensis ac administrator Dumnensis.



15. U godini 1735. Blašković je morao posjetiti »limina«. Ali kako nije mogao lično putovati u Rim, zamolio je da bi tu dužnost mogao obaviti preko svoga opunomoćenika Jurja Jurjevića. Ovaj je uistinu posjetio crkvu sv. Petra i sv. Pavla i za to 17. prosinca 1735. dobio običajno svjedočanstvo: *Die 17 decembris 1735. Fuit data attestatio pro 50 triennio cum obligatione infra annum.* Naime, budući da nije bio poslao izvještaj, morao ga je poslati u roku od godinu dana.

[114]) To su župe bivše duvanjske biskupije, koje su se smatrale pod bosanskom biskupijom, pa zbog toga nisu ništa tražile od makarskog biskupa.

Da udovolji gornjoj odredbi biskup Blašković poslao je izvještaj biskupije, potpisan u Makarskoj 8. travnja 1736.

Izvještaj je napisan na 8 stranica. U njemu ima i nekih stvari, o kojima nije u prošlom izvještaju govorio.

O crkvi sv. Petra kaže: »Est in conspectu civitatis Macharschae parva peninsula vulgo dicta S. Petro, in qua tantummodo apparent vestigia antiquissimae dirutae arcis. Summo in culmine huius peninsulae inveneram templum imperfectum sub nomine divi Petri Apostolorum Principis a veteri Macharensi populo inchoatum et fornice coopertum, in quo pro portarum deffectu patebat aditus pecudi in ipsa peninsula pascenti.«

Bekiju opisuje ovim riječima: »Bechia nuncupata a Turcis et est territorium olim arci Imotensi subiectum, quod post novissimam pacem remansit in Turcarum dominio: Viniza, Buscoblatto, Prisoglie, Graboviza, Coritta, Roscopoglie, Sagorie, Vir, Vignane, Posuscie, Goriza superior cum inferiori, Drinovzi, Ruxichi, Tihaglina, quae omnes villae sub generico nomine Bechia continentur.«

O pravoslavnima u neretvanskom kraju veli: »In toto autem narentino Venetae reipublicae subiecto districtu, erunt prope quinquaginta familiae schismaticorum, qui cum eorum presbitero quid credere debeant ignorant. Quibus cum tribus ab hinc annis, Venetiis meorum negotiorum causa appulsus, lapideae ecclesiae errectionem impediverim, adhuc in paleata ecclesia liturghia celebratur. Praesentio tamen eos ad serenissimum Principem pro libertate supplicationes porrexisse ac spe concessionis gaudere. Pro viribus equidem meis et plurium maecenatum favore ipsi errectioni obstabo.«

O pravoslavnima kod Imotskog u izvještaju ima ovo: »Prosequendo Iter (a Vargoraz) per praeruptos incultosque montes ad arcem Imoschi, a Venetis novissimo bello aquisitam pervenitur. In suburbio huius supra centum et viginti familiae schismaticorum degunt, qui ex Popovo Othomanici status supradicto bello transmigraverant; et hi in scientia, ritu et religione a Narentanis nihil differentes, ex Principis concessione, lapideam ecclesiam errexerunt, antequam episcopum (!) fierem. Iidem me proxime praeterita aestate dioecesim visitantem singulari urbanitate ac humanitate exceperunt ac in suam ecclesiam visitandam introduxerunt, cirilliano idiomate Te Deum et plures alios himnos et orationes concinentes, non minori obsequio quam proprium prelatum, vulgo vladicca dictum, tractantes, guibus omnibus in forma cathechismi praedicavi.«

Zajedno s gornjim izvještajem biskup je poslao i dnevnik vizite, koju je obavio god. 1735. Dnevnik su napisali njegova dva pratioca u onoj viziti, Dujam Maslarda i Ante Antulović. Posebno je napravljen dnevnik vizite u mletačkom dijelu (koji ima 27 stranica), a posebno vizite onih dijelova u Turskoj (koji se sastoji od 24 stranice). On je priložio ove dnevnike svomu izvještaju, jer se govorilo da je vizitirao mjesta, koja ne pripadaju njegovoj biskupiji. O tomu u izvještaju kaže: »Quamobrem ad EE.VV. patrocinium confugiens deprecor, ut audientes annexa diaria, quoad fieri potuit contractiora, ex ipsius visi-

tationis actu extracta, perspiciant dignum sit necne et aequum me alicuius occulti criminis notam subire, cum viderim quod mei praedecessores possederant in hodiernum diem aufferi.«



16. Ni god. 1738. biskup Blašković nije posjetio lično »limina«, nego je to učinio preko svoga opunomoćenika Jurja Jurjevića, koji je 20. istopada te godine dobio potvrdu o tom posjetu: *Die 20 decembris 1738. Data fuit attestatio pro 51 triennio.* Ali za tu prigodu biskup Blašković nije poslao izvještaj, kako je morao, pa mu je naređeno, da ga pošalje u roku od 6 mjeseci. Udovoljio je toj odredbi 1. kolovoza 1739., kad je poslao izvještaj od 12 stranica, potpisan u Makarskoj 1. kolovoza 1739.



17. God. 1742. opunomoćenik biskupa Blaškovića u posjetu »ad limina« bio je Franjo Sigismondi[115]), nadpop hrvatske crkve Sv. Jeronima u Rimu. Nakon obavljene posjete dobio je, kao što je to bio običaj, potvrdu da je to učinio: *Die 19 decembris 1742. Data fuit attestatio pro 52 triennio.*

Sigismondi je predao također izvještaj makarske biskupije, kojega je Blašković potpisao u Makarskoj 30. kolovoza 1742. U njemu među ostalim biskup Blašković veli: In Turcarum vero dominio semel tantum sub anno 1735, grassante peste et cum summis meorum redituum expensis visitationem explevi. Sed cum ab anno 1736 P. F. Matthaeus Delievich[116]) in illas Othomanici partes sub titulo episcopi Bossinensis eidem a S. Sede impertito, sese induxisset in Erzegovina sive Ducatu S. Sabae plura loca et villas iurisdictioni meae praeteritis temporibus subiectas et legitime spectantes in propriam ditionem deduxisset, visitationem amplius facere non valui.« Izvještaj ima 4 stranice.



18. Za 53. trogodište biskup Blašković je imenovao svojim opunomoćenikom spomenutog Franju Sigismondi, da bi ga zamijenio u posjeti »ad limina«, jer on nije mogao to učiniti »a causa della grande distanza, pericoli di mare, peste et oblighi di quarantene«. Imenovao ga je 20. kolovoza 1744. Sigismondi je posjetio 5. svibnja 1745. »limina« i za to dobio potvrdu 8. svibnja: *Die 8 maii 1745. Data fuit attestatio pro 53 triennio.*

---

115) Dubrovčanin, kanonik crkve sv. Jeronima u Rimu (1723-1752). Cfr. J. BURIĆ, **Kanonici kaptola,** 122.

116) Fr. Mato Delivić imenovan je god. 1735. bosanskim apostolskim vikarom »cum expressione in litteris apostolicis quod eius iurisdictio debeat se extendere ad totam Bosniam dominio othomano subditam ac praecipue super olim episcopatu Dumnensi« (AP, Acta 105, f. 402r-408r n. 14; cfr. M. PREMROU, **Serie documentata dei vicarii apostolici di Bosna ed Erzegovina 1735-1881,** u: **Archivum Franciscanum Historicum,** XXI (1928), 580-581.

Izvještaj, koji je tom prigodom bio predan, imao je 5 stranica, a biskup Blašković potpisao ga je u Makarskpoj 4. kolovoza 1744.

U ovom izvještaju o svom posjetu Imotskom kaže ovo: »Ab illo rectore, patricio Veneto, benigne receptus, favoribus et gratiis fui cumulatus et optatum exitum contra Graecos Servianos in illo territorio existentes habui. Qui Serviani sua audacia ac inenarabili temeritate solemnioribus anni festivitatibus, quasi in contemptum et detestationem nostrae Religionis, servilia opera agebant puellasque a catholico baptizatas sacerdote sibi in matrimonium iungi, processiones extra coemetarium per agros et vineas facere praesumebant, edocti a quodam Machario monacho Serviano, qui circiter duobus ab hinc annis illuc adventaverat et anabaptisticam disseminabat sectam. Prima mea cura fuit investigandi qua aucthoritate suffultus administrabat illis Servianis sacramenta. Et accersito ipso comperi habere tantummodo dimissorialem litteram ordinum cuiusdam Serviani episcopi Stephani Gliubibratich, qui a dominio Veneto expulsus et bannitus, decem ab hinc annis occubuerat in Germaniae partibus. Huius episcopi iactitabat patentem. Qua apocripha inventa in praetoria cancellaria Imotensi sequestro posui. Et advocato ipso coram praelibato rectore ipsi ordinivit, ut agnosceret dependentiam tam in accipienda patente, quam in visitanda ecclesia a me, ut decreta et ordinationes ex. mi Venetiarum senatus autumabant. Annuit monachus Servianus coram patricio Veneto. Et crastina die mane diluculo cum meis convisitatoribus et aliquibus militibus mihi ad decorem dignitatis impartitis, simul cum tribuno territorii aliisque permultis de illo suburbio chistianis, ad Graecorum accessi ecclesiam. Fores ecclesiae clausae, Serviani arma gestantes, aliqui in ecclesia ut dixerunt. Qui vero extra ipsam ingerssum contendere coeperunt una voce clamantes cum eorum monacho, quod sicut divisi sunt ab Ecclesia catholica, ita nullo modo ab ipsis ferrendum a Latino visitari episcopo. Declinavi statim ne fieret tumultus. Et facto certiore rectore et etiam provisore generali in Dalmatia et Albania, primo monacum postea aliquos de Servianis contrudi in carcerem mandavit, aliquibus bannitis, qui se praesentare noluerunt ad reddendam rationem.«



19. God. 1747. biskup Blašković imao je posjetiti »limina«, ali kako nije mogao završiti izvještaj tražio je da mu se rok produži godinu dana. Papa mu je to dozvolio 31. siječnja 1748. Ali ni nakon protekle godine dana nije mogao ići u Rim, jer još nije bio završio izvještaj »a causa di gravi differenze occorse tra l'oratore e li Padri Minori Osservanti che in quella diocesi esercitano la cura di anime.« Stoga je zatražio još jednu godinu, da bi tako obavio posjet »ad limina« za 54. i 55. trogodište. I to mu je udovoljeno 20. prosinca 1749. U međuvremenu bio je završio izvještaj, ali ga nije lično predao, nego je opunomoćio Franju Sigismondi da u ime njegovo posjeti »limina« i preda izvještaj. Sigismondi je posjetio »limina« 4. travnja 1750: *Die 4. aprilis 1750. Data fuit attestatio pro 54 et 55 triennio.*

Izvještaj, kojega je biskup Blašković potpisao u Makarskoj 7. studenog 1749, ima 8 stranica.

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini, Domini Patroni Colendissimi,

Persolvissem iam duobus transactis annis visitationem totius meae dioecesis, ut episcopalis mei muneris erat, nec ab Eminentiis Vestris mihi facultatem benigne impertitam eam non invisendi postulassem, si pro tuendis iuribus meis singulis praedictis annis, ac meorum sucessorum, non essem Venetias profectus. Habita parva quiete hoc anno munere meo functus sum atque omnia meae iurisdictionis loca in dominio Serenissimae reipublicae Venetae, quae in quattuor territoriis, Primordiae, Imothae, Vargorazii et Nerentae continentur, perlustravi, quattuor demptis pagis ditionis Narentanae quo accessus aestivo valde noxius est tempore quorumve visitationem ad proxime venturum Quadragesimae tempus procrastinavi.

Perlibenter invisissem meam dioecesim in partibus infidelium, quando a S. Congregatione de Propaganda Fide mihi ellapso anno non fuisset interdictum, nescio quo fine. Iam per meum antecessorem sub anno 1701 fuerunt praedictae S. Congregationi missa fundamenta, quando quidam Episcopus Bosniensis[117]) sibi iurisdictionem episcopatus Macharensis usurpare contendebat. Ego eadem de anno 1737 misi[118]), et finem ac declarationem exoptarem, ne saltem allicerentur aliqui clerici illarum partium spe, quos meis expensis in meo palatio teneo eosdemque a non paucis annis in scientiis et eruditionibus ecclesiasticis pro utilitate fidelium illorum bene instruere non omitto. Quinque mei antecessores episcopi et ego sextus non praetermisimus illa invisere loca illosque fideles et nunc, quando uberior sperabatur fructus ex morum missione candidatorum, vinctas manus teneo, nec eosdem, ante inhibitionem iam aliquibus insignitos ordinibus, ad altiores conscendere audeo. Revera dicam, teste mihi Deo et voce comuni sic defferente, quod maiorem centies utilitatem agnoverunt duo ditiones, nempe Brochno et Duvno, a saecularibus presbyteris, Jacobo Vidovich et Antonio Budimir, praecipue elapsis annis, quando pestis grassabatur illis in regionibus, quam a curatis regularibus, quibus ex munere offitii assistere fidelibus, incumbebat. Huiusmodi obiter exposui pro debito tantum muneris quo fungor nec ambigo sacram Congregationem de Propaganda Fide illaturam praeiuditium aliquod episcopatui Macharensi qui protendit fines suos in partibus Herzegovinae, olim nuncupatam ducatum S. Sabbae, episcopatumque Macharensem suum sortitum principium anno Domini 581[119]), ut veteres historiographi, monumenta concilii Salonitani et memoriae meorum antecessorum testantur. Quae omnia, ut iam dixi S. Congregationi exposita, mentem eiusdem ellucidabunt, ut mihi meos labores meamque dioecesim restituant. Ego pareo, ut obediens filius mandatis Ecclesiae, sed valde a veritate aberraverunt, qui eidem Congregationi nuntiatum fecerunt locum Delminii vulgo Duvno in Ducatu S. Sabae habuisse episcopum, confundentes Delminium hoc cum illo sito prope flumen Drinum in finibus Bosniae penes confinia Serviae, ubi episcopalis sedes extitit[120]).

Statum meae cathedralis non est necesse patefaciam, quia optime EE. VV. innotuit ex tot aliis relationibus, unde ut paucis me expediam verbis neve in omnibus notitiis eadem repetam. Illa tantum quae reparatione et correctione indigent Vestrae Censurae tota veritate ac sine ullo dolo et animi passione in hac exarare epistola curabo.

Facto reditu a Iadera, quo fui profectus ob negotia meae episcopalis mensae ac praecipue pro spirituali bono animarum meae dioecesis, concredito excellentissimis sindicis inquisitoribus a Serenissima Venetiarum Republica, paucis post diebus iter arripui cum meis convisitatoribus, nempe archidiacono cathedralis Domnio Maslarda, collegii Urbani, et presbytero Matthaeo Ciobarnich, collegii Luaretani alumnis, reluctanibus canonico Ioanne Glavasevich, collegii Firmani, et Mansionario Jacobo Cacich, Collegii Urbani

---

[117]) Cfr. naprijed n. 80.

[118]) Nalazi se u AP, **SC Dalmazia,** vol. 8, f. 121r-214v. Spis je poslao 28. ožujka 1737 **(Ibidem,** f. 124v).

[119]) Zapravo god. 533. na saboru u Saloni. Cfr. naprijed Uvod n. 3.

[120]) Već je Marijan Lišnjić tvrdio, da Duvno nije bilo biskupija. Cfr. B. PANDŽIĆ, **Marijan Lišnjić,** 39-40.

alumnis, quibus ex debito incumbit in Domini vinea laborare, ex quorum innobedientia opportuit asciscere alios duos sacerdotes saeculares et unum regularem, qui continùo unanimes excipiebant confessiones Christi fidelium undequaque ad lucrandos Ecclesiae thesauros affluentium.

Permagnum fructum divino favente auxilio cepi in dioecesi lustranda ex continuo concursu et devotione populorum nec quantum mihi virium fuit defecit cor et lingua mea in explanatione quotidiana cathaecheseos, populum ad bene ellucubrandas confessiones instruendo, in misteriis fidei eosdem erudiendo necnon de modo in necessitate baptizandi et perfectum contritionis actum emittendi eosdem edocendo. At quanto magis cor meum ex populi adventu et uberrimo fructu iubilabat, eo maiori merore et aegritudine laborabat ex tot tantisque gravibus aerumnis, in quibus lachrymabilibus oculis conspexi versari gregem Domini.

Inveni, Eminentissimi ac Reverendissimi domini, me incolsulto, suppressas a Patribus Minoribus Observantibus aliquas ex curis, subiiciendo populum duarum uni curato, quando et ob animarum multidinem, distantiam locorum, viarum asperitatem necesse foret easdem multiplicandi. Conspexi maiorem partem rurium ditionis Primordiae sine ressidentia curatorum, qui fere omnes in conventibus moram degunt, parvi pendentes constitutiones sacras, decreta conciliorum et iussa Serenissimi Principis. Et inde certior fui factus aliquos ex hac vita sine sacramentis decessisse, quae procul dubio suscepissent, si debitam residentiam curati persolverent. Aliquibus in locis inveni ecclesias detectas, alibi similes tuguriis opertas paleis, derelictas arbitrio animalium, sine sacramento, tabernaculo, baptisterio et quod peius et deterius, ultra mensem fideles absque sacrificio missae. Inspexi altaria sine portatili, candelabris, cum mappis sordidis et abiectis, ecclesias aliquas sine confessionariis, pheretro pro humandis mortuis. Et in tota mea dioecesi in curis quae a praedictis Patribus gubernantur in tribus tantummodo sacra asservatur sinaxis. Aliquibus in locis ecclesiae campanis carent et ad populum convocandum utuntur praedicti religiosi cornu. Et ut omnia paucis comprehendam verbis, pauperrimae animae fidelium derelictae versantur expertes cuiuscumque christianae instructionis ad eorum aeternam salutem comparandam.

In hoc tanti momenti discrimine multoties admonui Patres Guardianos conventuum. ut etiam ipsi praeciperent suis religiosis ressidentiam observare, ut praestarent cum pari ressidentia necessarios cooperatores in ruribus copiosis populo, ne ammittantur tot animae Christi pretioso sanguine redemptae, nec unquam optatum assecutus sum finem[121]).

Post tot monitiones, ordinationes ac decreta mea spreta, inspecta contumatia Fratrum Observatium, anno 1746 apposui in villis Rapcae, Clenach et Cocorich ditionis Vergorazii sacredotem pium, sicuti etiam alium in villa Poglizza territorii Imotensis, ut in praefatis villis residerent. Et gratias ago Deo ac Serenissimo Principi, qui eosdem confirmavit in dictis locis, quia fideles populi exultant et laetantur inspiciendo auctum cultum Domni in eorum ecclesiis, animas eorumdem in christiana doctrina, sacrificiis et sacramentis instructas, populo toto conclamante, quod nunc sciunt se christianos et catholice vivere, ex quo istos cooperatores in vinea Dei Sabaoth habuerunt.

Eodem ac pari metro canunt alii christiani meae dioecesis, quibus assistunt presbyteri saeculares fixam semper ressidentiam facientes, ecclesiarum nitorem et decorem servantes plebesque sibi commissas verbo et exemplo pascentes.

Demptis hisce curis saecularibus ac paucis regularibus, ut superius memoravi, non fit ressidentia a Patribus curatis, imo grex Christi in rudimentis fidei aliisque ad vitam lucrandam aeternam non est instructus. Frustraneae ac omnino inutiles in actu visitationis fuerunt meae ordinationes; omnia spernunt, reppellunt et reiiciunt ac si non fuissent facta, utilitatem ac comoda tantummodo sua quaerunt. Oves fidelium in adiectionis et perditionis somno periclitantes relinquere non curant. Ex visitationibus

[121]) Cfr. naprijed n. 113.

dempto fructu spirituali christianorum, non colligo aliud nisi spinas tribulationum et odii a praefatis Patribus, cum neque per concilia et constitutiones, quae sancita sunt neque ea quae per Serenissimum Principem decreta executioni demandare permittunt. Sane, Eminentissimi ac Reverendissimi Domini, nisi continuo prae oculis haberem tot tamque graves vexationes ac fraudulentas interpretationes, quas passus ab eisdem est meus f. r. antecessor Nicolaus Biancovich, decor et corona praesulum provintiae Dalmatiae, per continuos sex supra triginta uti episcopus et duodecim uti vicarius apostolicus annos, proculdubio mente decesissem. Possum cum Antiochenae ecclesiae antistite, quod ille de militibus, ego de Fratribus dicere: Cum benefecerim eis, peiores fiunt; nihilominus iniquitas eorum, mea doctrina est[122]). Suscepi onus episcopale, licet impar viribus, ut episcopus agam nec labores nec expensas timebo minusque minas eorum ac recursum ad tribunalia laica, quae usque adhuc mihi favorabilia fuerunt, dummodo videam restituta altaria nitori et decori et animas fidelium illa qua par est assistentia frui.

Unum tantummodo foret necessarium quo assecuto sane haec dioecesis acquiesceret, quod generale emanaret a Sede Apostolica decretum, ne Ordines Mendicantium munia exercerent parochialia in locis ordinariis subiectis. Pace ac tranquillitate fruitur dieocesis Jadertina, ex quo sub saecularium praesbyterorum cura et regimine versatur. Eadem infortunia experiebantur archiepiscopi illius civitatis, quae mei antecessores, quorum vestigiis inhaerere curo, una mecum tollerare et perpeti debuerunt[123]).

Quod ab Eminentiis Vestris suplex exoro, est ut dignentur concedere, donec per S. Congregationem de Fide Propaganda decidatur de dioecesi in partibus infidelium, quod possim ad altiora evehere saltem illos candidatos quos meis expensis in palatio alo ne dona a Patre Luminum illis ellargita, fodiant, sed thesaurizent in locis infidelium, cum aliud non exoptem nisi Dei gloriam et propagationem catholicae fidei.

Perlibenter sacra apostolorum inviserem limina, sed tot curis dioecesis pressus totque adversis vexatus, in aetate supra sexaginta annos constitutus, suplex exoro dispensationem, pro me functurus officio Rev. dus Franciscus Sigismondi, S. Hieronymi Illyricorum archipresbyter.

Nil aliud mihi superest nisi ut imbecilliter exposita fiant Eminentiis Vestris accepta ac, si moderatione et correctione indigent, quaeso corrigantur ac moderentur. Ego prae oculis nunquam aliud habui nisi fungendo meo offitio exonerare meam conscientiam et adimplere ministerium in permaxima neccessitate tot animarum periclitantium in sinu huius meae cathedralis ecclesiae.

Cultu ac qua est devota observantia prosequar vestrarum Eminentiarum praecepta, quae libenti hilarique animo suscipiam, cum mihi compertum sit quodque de thesauris vestrae sapientiae et clementiae egredientur, ad Dei omnipotentis gloriam, religionis Catholicae incrementum et solamen christifidelium meae dioecesis, qui magni faciunt vivere et mori catholici, effluent. Hoc interim, deosculando ea qua decet veneratione et humillitate VV. EE. sacras purpuras, me suscribo.
Macarschae, die 7 novembris 1749.

Eminentiarum Vestrarum humillimus, devotissimus et observantissimus
servus Stephanus Blascovich, episcopus Macarensis.



20. Za 56. trogodište biskup Blašković nije mogao ići »ad limina«. Imenovao je Vinka Radinkovića[124]), kanonika hrvatske rimske crkve

[122]) Cfr. P. ČAPKUN, **De organisatione curae pastoralis,** 208

[123]) O odnosu biskupa Blaškovića s franjevcima cfr. S. ZLATOVIĆ, **Franovci,** 257-261.

[124]) Dubrovčanin, rođen oko god. 1720. Postao kanonik crkve sv. Jeronima u Rimu god. 1751. Umro god. 1797. Cfr. J. BURIĆ, **Kanonici kaptola.** 125-126.

sv. Jeronima, da mjesto njega obavi tu dužnost. On je 30. kolovoza 1753. obavio posjet i za to sutradan dobio potvrdu: *Die 31 augusti 1753. Data fuit attestatio pro 56 treiennio.* Radinković je predao i izvještaj makarske biskupije, kojeg je Blašković potpisao u Makarskoj 27. lipnja 1753. O tom izvještaju napisano je u jednoj priloženoj ocjeni: »Dalla confusa relazione del Vescovo di Macarsca in Dalmazia, dominio veneto, non si rileva che confuse querele contro i Padri dell'Osservanza per ragione della cura dell'anime«. Izvještaj ima 6 stranica.



21. Od god. 1753. do god. 1758. nije ništa učinio u pogledu posjeta »ad limina«. Tek u travnju god. 1758. imenovao je svojim opunomoćenikom, da mjesto njega obavi tu dužnost, nadbiskupa Šimuna Gritti »arcivescovo di Tiana in Roma commorante«[125]). Istom prilikom zamolio je da bi ga se oslobodilo od možebitnih cenzura, u koje je mogao upasti, budući da je zanemario posjet »ad limina«. Nadbiskup Gritti obavio je posjet i dobio za to potvrdu: *Die 22 augusti 1758. Data fuit attestatio visitationis pro 57 et 58 triennio cum absolutione.*

Nadbiskup Gritti predao je također izvještaj makarske biskupije od 8 stranica, kojeg je potpisao biskup S. Blašković 20. travnja 1758.



22. God. 1760. biskup S. Blašković opet je imenovao Šimuna Gritti, da u ime njegovo posjeti »limina« i preda izvještaj makarske biskupije. Gritti je posjetio sv. Petra 19. studenog 1760, a sv. Pavla 23. studenog iste godine. Potvrda posjeta potpisana je 29. studenog: *Die 29 novembris 1760. Data fuit attestatio pro 59 triennio.*

Izvještaj, kojeg je Gritti predao, potpisan je u Makarskoj 3. kolovoza 1760, a ima 8 stranica.

Prema ovom izvještaju tada da je na području makarske biskupije bilo 22.899 katolika, a pravoslavnih 896.

Posebno se tuži na franjevce, a u prvom redu franjevce župnike, koji većinom nisu boravili u župama nego u samostanima, a u župe su išli nedjeljama i svetkovinama. Mišljenje biskupa Blaškovića o franjevcima dostatno očituju ove riječi: »Cupiditatis et avaritae, non autem seraphicae paupertatis aestuant febri. Nam preter immensas eleemosinas, quas singulis colligant annis, stabilia possident bona.«

O odgoju svjetovnih svećenika kaže: »Seminarium non est, sed clerici et pauperes gratis scholam frequentat, quae ex legato A. R. Archidiaconi Georgii Kadcich extat et ludimagistro stipendium ab haeredibus ipsius defuncti Kadcich persolvitur.«

125) Rođen kao musliman u blizini Livna. Zarobljen zajedno s majkom i kršten u Zadru 1. siječnja 1687. Krsni kum dao mu ime i svoje prezime. Biskup Bijanković uputio ga u svećenički stalež. God. 1716. imenovan kotorskim biskupom, odakle je god. 1718. premješten za biskupa u talijanski gradić Ferentino, a onda god. 1729. u Acquapendente. Zahvalio se god. 1743. i umro u Rimu god. 1761. Cfr. J. BURIĆ **Kanonici kaptola,** 119-120.



23. God 1763. biskup Blašković je imenovao svećenika Cezara Cozzi[126]), da pohodi mjesto njega »limina«. Na temelju toga imenovanja Cozzi je pohodio 5. lipnja 1763. crkvu sv. Petra, a 10. lipnja sv. Pavla. Predao je također izvještaj biskupije, kojega je biskup Blašković potpisao u Makarskoj 16. rujna 1762. Izvještaj je napisan na 7 stranica. Izvještaju su priloženi neki dokumenti, kojima biskup Blašković potkrijepljuje svoju borbu protiv franjevaca koji neće da stoje u župama i koji posjeduju nepokretna dobra.



24. Biskup Blašković imenovao je god. 1765. svećenika Josipa Cencelli[127]), da pohodi mjesto njega »limina«. U vatikanskom svesku nalazi se potvrda da je Cencelli posjetio crkvu sv. Pavla 21. prosinca 1765. On je predao Kongregaciji i izvještaj makarske biskupije, kojeg je biskup Blašković potpisao u Makarskoj 2. studenog 1765. Izvještaj ima 5 stranica.

Uz ostalo napominje, da su Makarani (Mukarenses) tražili, da bi napravili kapelu sv. Marije i sv. Jure »in quodam vertice montis Biocove Voxaz nuncupato«.



25. Kad je ponovno trebao ići u Rim, biskup Blašković nije mogao sastaviti izvještaj, pa je zatražio da mogne odgoditi posjet na godinu dana. Klement papa XIII. (1758-1769) produžio mu je samo na 6 mjeseci, pa je biskup Blašković završio izvještaj 18. studenog 1768. Opet nije lično išao u Rim nego je imenovao 19. siječnja 1769. opata Gaspara Ruggia[128]), koji je mjesto biskupa Blaškovića obavio posjetu »limina«: *Die 7 iunii 1769. Data fuit attestatio pro 61 triennio.* Predao je također i gornji izvještaj biskupije, sastavljen na 12 stranica.



26. Ponovno je biskup Blašković imenovao svoga opunomoćenika god. 1771. spomenutog opata Ruggia. On je posjetio sv. Petra 27. listopada, a sv. Pavla 30. listpada. Potvrdu je dobio 4. studenoga: *Die 4 novembris 1771. Data fuit attestatio pro 62 triennio.*

Izvještaj biskupije, predan ovom prigodom, ima 5 stranica, a potpisao ga je biskup Blošković u Makarskoj 20. rujna 1771.

---

126) Bio je u službi kard. Ferdinanda De Rossi. Cozzi je napisao njegove uspomene. Cfr. G. MORONI, **Dizionario di erudzione storico-ecclesiastica**, vol. 59, Venezia 1852, 178.

127) Nemamo drugih podataka o ovom svećeniku.

128) Ni ovaj nam talijanski svećenik nije pobliže poznat.

6 — FABIJAN BLAŠKOVIĆ (1777—1819)

Stjepana Blaškovića naslijedio je njgov sinovac Fabijan Blašković. Rodio se na Šolti 14. svibnja 1729. Škole je završio u Loretu i postao svećenik 24. prosinca 1752[129]). Vrativši se kući, nakon završenih nauka, bio je uglavnom u službi Stjepana Blaškovića, koji mu je bio po rodu stric. Postao je kanonik makarske katedrale 21. kolovoza 1755. a 16. rujna 1757. generalni vikar makarske biskupije. Kad je 17. studenog 1776. umro Stjepan Blašković, Fabijan je 22. studenog iste godine izabran kapitularnim vikarom biskupije. Mletačka republika predložila ga je 16. kolovoza 1777. za makarskog biskupa, a Papa ga je imenovao 15. prosinca iste godine. Biskupijom je upravljao 42. godine; umro je 22. veljače 1819[130]).

U svesku izvještaja makarske biskupije, koji se čuva u vatikanskom arhivu, nalaze se samo tri njegova izvještaja. Nijednoga nije lično predao.



27. Prvi izvještaj Fabijana Blaškovića, potpisan je u Makarskoj 24. lipnja 1782. Ima 35 stranica. Predao ga je preko povjerenika, a potvrđen mu je primitak 12. studenog 1783.

Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Domini, Domini maxime colendi,

Ad regimen episcopus Macarensis ecclesiae cunctis suffragiis excelentissimi Venetiarum senatus quinto idus augusti [= 8 augusti] anno 1777. evectus eodemque anno decimo octavo Kalendas ianuarii [= 15 decembris] per expeditas litteras Sanctissimi in Christo Patris et Domini Domini nostri Pii Divina Providentia Papae VI[131]), nunc cum summo christianae bono Petri naviculam gubernantis confirmatus, peracta prima dioecesana visitatione, villicationis meae rationem reddituros, decrevi procuratorem constituere, qui visitationem sacrorum liminum meo nomine perageret et Macarensis ecclesiae statum, sua brevitate vivis quoad fieri potuit coloribus expressum, eminentiarum vestrarum conspectui debita reverentia exhiberet.

Atque in primis ut a materiali statu exordiar, Macarsca Dalmatiae urbs est geographis historicisque nomine et antiquitate satis conspicua, adiacens mari inter Tilurum et Naronem. Quae licet superioribus annis propter bellicas clades ac Turcarum vastationes multum a pristina magnitudine desciverat, nunc tamen optimo coelo, tranqillitate atque commercio terrestri maritimoque ditata, coepit aliquantulum antiquo splendori restitui.

Episcopatus Macarensis initia, quamvis obscura valde, inter primas nihilominus pontificales in Dalmatia sedes recensenda vel ex eo manifeste apparet, quod anno tricesimo secundo sexti saeculi Honorius III[133]), archiepiscopus Salonitanus in concilio secundo provinciali episcopatum Muccurensem (quem hodie Macarensem vocant) instituit; et primus episcopus ex decreto eiusdem concilii renunciatus est Stephanus presbyter ecclesiae Salonitanae, cui ex eiusdem concilii praescripto, propter inscitiam tamen et incuriam librariorum admodum depravato, assignata fuit dioecesis certis terminis definita. Haec hodierna die ad nonaginta fere milliaria longitudinis

129) U loretski kolegij spremio ga je god. 1747. biskup Stjepan Blašković. AP, SC. **Dalmazia,** vol. 10, f. 161r.

130) Cfr. **Hierarchia Catholica,** V 271.

131) Pio VI (1775-1799).

132) Zapravo 4. svibnja 533. Cfr. F. ŠIŠIĆ, **Priručnik,** 162.

133) Točnije Honorius II (528-547). Cfr. F. BULIĆ, — J. BERVALDI, **Kronotaksa solinskih biskupa i spljetskih nadbiskupa,** Zagreb 1913, 42-45.

protenditur estque ab oriente finitima Stamniensi dioecesi, quae in Turcico exsistit imperio[134]). Pro occidentali termino confinium Crainae, scilicet Vrulliam et Duarense propugnaculum constituunt. Super hoc confinio, quod Macarensem hanc meam dioecesim a Spalatensi secernit, Valentinus Macarensis episcopus anno 1326 accerrimam litem intulit Spalatensi metropolitae, quam decem praesules praecessores mei non a Macarensi ecclesia solum, sed etiam ab Almissiensi titulum episcopalem summentes prosequuti, sub iudice reliquerunt[135]). Verum quae ad huiusmodi rem pertinent Serenissimi Venetiarum Principis voluntatem exsequuturus, ipsus expectabo sententiam. A meridie maris fretum Phariam dioecesim a Macarensi separat A mari vero ad aquilonem latitudinis millibus passuum circiter triginta, Turcico undequaque vallatur Imperio.

Hic adnimadvertendum est, Patres Eminentissimi, quod inaudito Stephano Blascovich, meo in episcopatu immediato praecessore, per S. Congregationis de Propagande Fide epistolam interdicta ipsi fuerit eius partis administratio[136]), quam intra fines huius episcopatus in Turcica ditione positam Macarenses immortalis memoriae praesules, Bartholomaeus Cacich, Petrus Cacich, Marianus Lisnich, Nicolaus Biancovich et Stephanus Blascovich ipse, episcopalia munera libere exercendo, animarum curatores quotannis confirmando, loca omnia modo occupata dioecesana visitatione lastrundo, duorum prope saeculorum spatio, optimo christianarum rerum eventu administrarunt. Hinc factum est etiam, ut morti proximus idem Stephanus Blascovich, episcopus, testamento cavere iudicaverit, successori episcopo ad laborandum fore, ut Macarensis dioecesis partem ademptam sibi restituere conaretur.

Verum ut ad episcopatus narrationem redeam, post obitum Mariani Lisnich episcopi, qui diem supremum anno 1685[137]) explevit, aliquot annos interregnum episcopale tenuit cumque eo tempore Peleponnesiacum bellum felicibus auspiciis iam geri coeptum erat, inter ipsa belli initia huius meae dioecesis populo partim se ultro in Venetorum fidem et potestatem tradiderunt, partim vero Serenissimae Venetiarum reipublicae armis de immanissimo Turcarum tyranno vindicati, Macarensi episcopatui obtigerunt. His igitur Serenissima Venetiarum respublica, pro signulari ipsius eximiaque pietate et religionis propagandae studio, post exantlatos labores profusisque in Peloponnesiaco bello aerario et civium sanguine, pii alicuius levaminis suscipiendi gratia, indulto Alexandri VIII, Pontificis Maximi, decimo Kalendas Decembris [= 22 novembris] 1690 signato atque privilegio publici iuris patronatus donata[138]), non solum Nicolaum Biancovich episcopum Macarensibus decrevit, verum etiam episcopatum ipsum, archidiaconatus dignitatem, capitulum sex canonicorum, quatuor mansionarias et duo claricalia beneficia, antea bello adhuc contra Turcas perdurante bis mille ducatis huius provinciae, deinde vero expleto bello de bonis stabilibus liberis mereque laicalibus ad bullae formam dotavit.

Indulti praedicti vigore Episcopo Macarensi liberae collationes omnium beneficiorum, dignitatum, canonicatuum, praebendarum ac etiam parochialium ecclesiarum quocumque mense vacaverint, reservantur. Quo privilegio, praecessorum meorum episcoporum vestigiis insistens, libere uti soleo, canonicatus, mansionarias, parochialem ac duo clericalia beneficia in hac cathedrali fundata dignioribus, quoad fieri potest, fideli dispensatione conferendo. Archidiaconum primam post pontificalem dignitatem excellentissimum Venetiarum collegium eligit.

Macarsca urbs episcopalis unica in hac dioecesi quatuor praeest territoriis, Primordiensi nimirum seu Macarensi, Narentino, Imothensi et Vargo-

---

134) Morao je reći: **Tribuniensi.** Stonska biskupija bila je tada na području dubrovačke republike.

135) Cfr. naprijed Uvod p. 2.

136) Cfr. naprijed n. 116.

137) Marijan Lišnjić je umro 3. ožujka 1686. Cfr. B. PANDŽIĆ, **Marijan Lišnjić**, 54.

138) Cfr. naprijed n. 103.

racensi nullaque alia civitas, oppidum aut locus qui huic subiectus sit episcopatui existit.

Cathedralis ecclesia publici iuris patronatus anno 1756 maximis sumptibus excellentissimi Venetiarum Senatus ad finem perducta, insigni serenissimi Principis magnificentiae atque pietatis splendore coruscans, campanaria sacra turri, baptismali capella, sacrario, choro et organo exornatur. Hanc ipsam recenti architectura pulcherrime constructam Stephanus Blascovich, episcopus, tertio decimo Kalendas Novembris [= 30 octobris] an. 1756 solemni ritu sub invocatione sanctorum Marci Evengelistae et Hieronymi maximi Ecclesiae doctoris dedicavit eodemque die anniversaria celebritas quotannis recolitur. In ea quaedam sacrae sanctorum martyrum asservantur riliquiae, quarum praecipua est corpus S. Clementis Martyris ex coemeterio Priscillae extractum[139]), de quo nec officium nec missa celebratur.

In medio chori huius cathedralis, triginta circiter abhinc annis ex humiliori loco translatus, iacet sepultus Nicolaus Biancovich, collegii Laureatani Illyrici alumnus et de Macarensi ecclesia optime meritus episcopus, qui ob insignem vitae sanctimoniam vir Dei una omnium voce, abs Turcis etiam et barbaris, appellatus, quotidiana indigenarum et advenarum populorum frequentia, privato fidelium cultu, Deo miracula patrante, veneratur. Anno 1730, quarto Idus augusti [= 10 augusti], postquam Stephano Blascovich, Congregationis oratorii Spalatensis praeposito, successionem in episcopatu praedixissset et monita christianae pietatis ac sapientiae plena canonicis et clericis qui aderant dedisset, Jesum et Mariam intermortuis vocibus inclamans, in osculo Domini sui, cui in labore et aerumna, in vigiliis multis, in fame et siti fideliter deservivit, placidissime efflavit animam. Itaque Stephanus Blascovich praenunciatum episcopatum adeptus et Nicolai sanctitate, miraculorum fama assiduoque concursu hominum, etiam virtute et genere praestantissimorum, commotus, episcopali ordinaria auctoritate de ipsius virtutibus deque miraculorum fama inquirendum sibi esse duxit. Accidit autem, ut an. 1766, duodecimo Kalendas Octobris [=20 septembris], Cancellaria episcopalis. domus ipsa quam inhabitabat episcopus resque omnes inopinato incendio penitus everterentur atque infelici casu processus ipse ad exitum usque perductus, flammis absumptus periret. Verum, fidelium cultus post annos quinquaginta nullatenus refriguit, immo excrevit adeo ut servandarum ipsius exuviarum gratia, quas finitimi populi non semel eripere periclitati sunt, tumuli ostium ferro liquatoque plumbo quatuor in locis oportuerit diligenter obserrare. Sed cum in huiusmodi narationem fortuito dilapsus sim, multa hic mihi a praesulibus Macarensibus praeclare gesta commemoranda supersunt, quibus in singulis recensendis, ne EE. VV. taedio nimio afficiam neve ultra quam par est mea excurrat relatio, in memoriam revocabo Nicolaum Ugranovich et Marianum Lisnich, quorum alter cum suis in hodierno Macri suburbio abs Turcis anno 1606[140]) interfectus in episcopali undequaque ruderibus consepto sarcophago requiescit, alter ut Turcas ad Christi cultum traduceret saepius cum ipsis de religione disputans eorumque errore rationibus coarguens, cum semel in illam impurissimam sectam eiusque auctorem liberius inveheretur, Turcas qui aderant usque eo irritavit, ut impetu unanimiter facto manus Episcopo violenter afferrent et vinculis constrictum in carcerem contruderent afferrent et vinculis constrictum in carcerem contruderent extremo crudelique supplicio afficiendum, nisi Macarenses christiani vitam et libertatem pastoris sui ingenti pecunia redimerent atque ita non ille martyrio, sed martyrium illi defuit[141]).

Iam vero de Stephano Blascovich, postremo Macarensium episcopo, quid dicam? Ipse namque Nicolai Biancovich antistitis sanctissimi disciplinis institutus, quamvis prae caeteris virtutibus moderatione, lenitate, patientia,

---

139) Biskup Nikola Bijanković dobio je u Rimu god. 1725. relikvije sv. Klementa. Cfr. M. MIKULIĆ, **De vita**, 61-62.

140) Nikola Ugrinović, po svoj prilici, ubijen je god.1604. Cfr. D. MANDIĆ, **Duvanjska biskupija**, 50.

141) Cfr. B. PANDŽIĆ, **Marijan Lišnjić**, 48-49.

fortitudine et prudentia claruit. Eximia tamen in Deum fide celeberrimus, dum aliquando Vargoracense territorium dioecesana visitatione lustrabat, aquis ipsis vehementi pluvia exudantis stagni per praeceptivam ab uno ex ministris denunciatam epistolam ut in pristinum reducentur alveum imperavit. Res mira. Ut recitavit epistolam minister, aquae omnes non secus ac sensu pollerent Episcopi iussa exequentes, totius populi adminatione in suum se receperunt sinum sicque universa fidelium turba a metu et angustia liberata benedixit Dminum qui fecit mirabilia magna et in visceribus misericordiae suae plebem hereditatis de sede magnitudinis dignatus est per ministerium fidelis servi sui visitare. Sed de Macarensium Episcoporum virtutibus satis. Nunc ad cathedralis meae narrationem redeo.

Praeter quatuor altaria marmorea et tria lapidae decenti cultu ornata, ecclesia Macarensis necessaria sacra supellectili extat provisa. Macarense capitulum archidiaconus sexque numero canonici constituunt, quibus quatuor manisionarii et duo clerici coniuncti, feriatis festivisque diebus debitis horis nocturnum pariter et diurnum Gregoriani cantus quo in provincia excellunt, concentu intermixto, canonicum persolvunt officium. Animarum cura, quae penes capitulum erat, excellentissimi Venetiarum senatus decreto. morem gerentis instantiis Stephani Blascovich episcopi, alio commissa fuit sacerdoti, qui per concursum ad formam Tridentini archipresbyteralis parochus institutus, concredito sibi muneri plenius diligentiusque vacaret.

Quod ad praebendam poenitentiariam et theologalem spectat nec in limine fundationis erectae fuerunt nec hisce dificillimis temporibus erigi possunt. Nam quamvis idem Stephanus Blascovich episcopus onus canonici theologalis uno ex canonicatibus adiecerat, hodie tamen si canonicatui vacaturo praedictum canonici theologalis officium iniungendum cogitarem, eligenda persona expositis valiata rationibus, iugum ab suis cervicibus excuteret et studium omne meum lite ingenioque callido fraudaret.

Ecclesia Macarensis unicam habet veram parochiam in civitate positam et perpetuo saeculari sacerdoti attributam. Ego autem, quemadmodum a praecessoribus meis episcopis fuerat in more positum, atque ab immemorabili tempore servatum, curam animarum totius dioecesis per sacerdotes saeculares curatos nuncupatos novemdecim et cooperatores sex, regulares vero curatos pariter dictos viginti sex numero eorumque cooperatores quatuor et duos capellanos militum copiis praefectos, omnes pro meo libitu annuatim missos et ad nutum amovibiles, quinquaginta curates, quadraginta quatuor filiales et duas publici iuris patronatus ecclesias administro, assignatis cuilibet laboranti sacerdoti, alimentis exiguis, sudore vultus egentis populi provisis, quae victus necessitatem aut parum aut nihil excedunt. Extant etiam ecclesiae seu capellae iuris patronatus privatorum sex, quae una simul cum aliis ecclesiis necessariis sacris supellectilibus sunt instructae. Plurimae ex curatis et filialibus ecclesiis nullos habentes reditus, piis tantummodo christifidelium eleemosynis subveniuntur. Quaedam vero suis etiam gaudent proventibus, ex quibus sufficentem percipiunt stipem. Unum quoque in privatis aedibus oratorium S. Apostolicae Sedis communi erectum privilegio in hac civitate et a meipso approbatum exsistit. Quod huc accedit valde expedire iudicandum est, ut priusquam huiusmodi concedantur indulta, ad quos spectat, ab oratoribus testimoniales suorum ordinariorum literas exquirerent nec antea Brevia expedirent, quam oratores requisitam evidenter probarent nobilitatem. Ipsorum namque nonnulli ministros Curiae Romanae falsae nobilitatis specie decipientes, meipsum etiam (quippe qui divitiis, auctoritate et populi gratia plurimum valent) impulerunt, ut maioris mali avertendi causa importunum cuiusdam explerem ingenium et voluntatem.

Praeterea Graecanici ritus presbyteri in Naroniano et Imothensi territorio singulas obtinent parochiales ecclesias, quarum plebes quomodo regant, a quibus praeficiantur, quibus rationem administrationis suae reddant, an presbyteratus ordine revera fuerint initiati, cum id episcopo Macarensi prescrutari fuerit interdictum, penitus ignoro.

In Primordiensi territorio tria extant ad maris littus Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia monasteria regularibus suis subiecta superioribus. His hospitium in territorio Imothensi positum est addendum, quod Fratres

eorumque superiores conventum vocant et indulgentias in mea parochiali non secus ac in sui Ordinis ecclesia pervulgant, quamvis requisitis ex parte Ordinarii pro novi conventus fundatione omnino careat et solemnitates a iure canonico in conventibus aedificandis praesciptae non fuerint observatae. Etenim falso putant quod concedente sibi populo materialem parochialis ecclesiae fabricam, quam Imothenses suis extruxerunt sumptibus et fratribus (ut ipsi gloriantur) dederant, ius in parochialem acquisierint ecclesiam, quod sacra episcoporum Congregatio expresse statuit semper esse praeservendum. At vero Ordinarii Macarensis iura, quae meo praecessori fratres invaserant, coram serenissimo Venetiarum Principe vindicanda supersunt.

Seminarium ad formam concilii et pontificiae mei episcopatus bullae pro clericorum in pietate et litteris educatione erigendum et in hac dioecesi praesertim per necessarium, nullum adhuc adfuit parumque abest, quin desperem fore, ut valeam eum hoc tempore amplius instituere. Ad me quod attinet, ab ipsis episcopatus exordiis tota mentis contentione in id potissimum incubui, ut quamprimum de seminario et de maximis, quas inde mea dioecesis erat perceptura fructibus, in Domino gauderem. Sed gaudium meum in moerorem convertit inimicus homo, qui in medio tritici zizaniam superseminans, tauros pingues concitavit adversus animam meam, qui laqueis malignantium circumdederunt me et expugnaverunt me gratis. Pro eo ut me velut patrem et pastorem eorum amantissimum diligerent. coram multitudine operantium iniquitatem detraxerunt mihi. Ego autem in amaritudine animae meae Dominum obsecravi ut eriperet de manibus persequentium me et conversus vivificaret spiritum meum. Recogitans igitur eum qui sustinuit a peccatoribus adversum semetipsum contradictionem, aspiciam in auctorem fidei et consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Et de Sion donec transeat iniquitas, expectabo adiutorium spei meae, ut ipse voluntatem timentium se faciat et deprecationem meam, qua decorem domus eius postulavi, secundum multitudinem miserationum suarum exaudiat.

Piorum locorum in hac civitate vel dioecesi nullus est modo numerus nec ullum unquam fuisse compertum habeo. Sodalitates Sanctissimi Sacramenti, Rosarii, Scapularii et Suffragii pro animabus purgatorii singulae fuerunt a praecessoribus meis in hac urbe institutae; nonnullae pariter ab iisdem in dioecesi erectae nec meae subiectae iurisdictioni omnimoda laicorum administratione gubernantur.

Mons Pietatis nullus extat nec aliquando extituturum sperandum est. Ob inopiam enim et egestatem populi aliunde ad hoc pium opus instituendum suppeditari non posse necessaria videntur, quam ex reditibus mensae episcopalis; quae cum tantummodo sufficientem victum episcopo tribuat, aliis oneribus nequaquam praegravari debet. Sed ne in referendo materiali ecclesiae Macarensis statu multus fuisse videar, cetera quae mihi exponenda restant aggredior.

Et quod ad implendum residentiae praeceptum a sacris canonibus, Concilio Tridentino et Urbana Constitutione praescriptum spectat, ex quo Macarensem episcopatum sum adeptus, nunquam a dioecesi discessi. Sacram dioecesanam visitationem anno 1779 inceptam et secundo proxime elapso confectam, idoneis mihi adiunctis quatuor spectatae probitatis et scientiae presbyteris primo explevi. In hoc muneris mei explendo onere solus ipse, qui laborem et dolorem considerat scire potest, quantum praecipue ultra montes in Domino laboraverim. Erat enim cupiens populus territorii Imothensis, Vargoracensis et Narentini ex multo tempore videre faciem episcopi sui, cuius aspectu (scilicet praecessoris mei Stephani Blascovich) senii et aegritudinis causa duodeviginti annos caruerat. Quotidie turba plurima ad solemnitatem convenibat, cuius gaudio repletus in Spiritu Sancto, quantum Domino potueram omne desiderium spirituale implebam. Singulis in locis instantia mea quotidiana, solicitudo erat ecclesiarum, presbyterorum et universi quem ipsi regunt populi. Hinc factum est ut ubique decretis et sanctionibus statuerim quid quemque oporteat facere, ut aeternam omnes quae est in Christo Jesu salutem cum gloria coelesti consequantur. Dissidentes ubi opus fuerat componebam, compescebam odia, ad puerorum et adolescentium institutionem, ut maiores incumberent prae ceteris commen-

dabam. Quatuor circiter mensium spatio, quo per ardua atque impervia montium iuga primo visitationis anno pertransibam singulas, ut ita dicam, mihi commissas oves cognovi: nonnullas vero amore pravae libertatis a causis Domini aberrantes ad iustitiae semitas, Deo auxiliante, reduxi. Ubique per meipsum concionem et catechesim ad populum extra ecclesiam et sub dio per duas et tres horas ob multam eius frequentiam habui, de iis praecipue quae a Pontificali Romano praescribuntur disserendo. Messis quidem erat multa, operarii autem pauci. Ut igitur omnibus omnia fierem, vix pontificalem missam circa undecimam fere diei horam celebrabam inter cuius sollemnia, post data per meipsum multa pietatis et salutis monita, tredecim millia quadringentos septuaginta sex christifideles prius a me et a quatuor presbyteris, adiutoribus meis, qui mecum laborabant, sacramento poenitientie expiatos angelorum esca nutrivi. Expleta missa pontificali sacramentum confirmationis ministraturus circumstantem populum de dignitate, de virtute deque eius effectibus, susceptores autem de oficio edocebam. Itaque novem circum millia christifidelium sacro chrismate communivi. Idipsum quoque in Litorali Primordiensi visitatione, duorum circiter mensium spatio, in laboribus plurimis non deficiens explevi. Pluribus in locis, cum opus fuerat, publicas precationes et sacras processiones, quemadmodum priori anno in montana sacra visitatione maximo etiam Turcarum res divinas admirantium interventu saepius factum est, ad explendum populi postulantis desiderium indixi.

Sacras ministrorum Eclesiae ordinationes statutis aliquando temporibus, nunquam vero pro rei necessitate privilegio apostolico mihi concesso usus, etiam extra tempora, cum dispensatione aetatis unius anni, dignis et Eclesiae utilibus personis administravi.

Summa est huius populi erga sacras sanctorum reliquias, agnos Dei, sanctorum numismata et coronas S. Brigittae pietas et in Deum fides. Ego, ut omnium ardentissima explerem vota, in consecratione viginti circiter altarium portatilium et in quatuor ecclesiarum dedicatione, paucas sanctorum martyrum hinc inde collectas reliquias omnes insumpsi.

Macarshcae commoranti statim atque innotescit mihi infantes vel adultos non confirmatos morti proximos esse, mox ipsis spiritualem laturus opem ad augendam in coelis aeternae beatitudinis gaudia, confirmationis sacramentum conferre soleo.

Dioecesana synodus nequaquam potest celebrari: nam presbyterorum qui commissas sibi regent ecclesias vix suppetit numerus nec alii sunt qui interim eorum vices obire valeant.

Metropolitae primati Spalatensi archiepiscopo Episcopus Macarensis suffraganeus est, ad cuius provincialem synodum, cum ab ipso non fuerint indicta, nunquam accessi.

Verbum Dei per meipsum non solum in civitate, dum sacra pontificali ritu faciebam ut plurimum praedicavi, verum etiam cum animarum necessitas vel utilitas postulare videbatur, plura infra annum loca pertransiens atque unumquemque de uno aeternae salutis negotio monens, per integras aliquando festivales Quadragesimas pauperibus, ad quos me misit Dominus, regnum Dei evingelizare non cessavi.

Poenas et multas piis usibus dedicavi.

In hac mea episcopali Cancellaria admodum moderata taxa observatur.

Cathedralis Macarensis ecclesiae canonici, quorum insigne sunt tantum almutia. ordo vero adnexus ad formam Concilii nullus, semper tamen soli electi presbyteri, choro iugiter intersunt, cum necessitate coguntur, nonnunquam absunt nec de vacationibus sancitum quidquam reperitur. Quatuor mansionarii pariter et duo clerici eidem inserviunt. Hi omnes quolibet die missam conventualem pro beneficii fundatore cum applicatione convenientis sacrificii fructus per vices celebrantes et capituli, quibus regitur, constitutiones, sunt ipsi sacri canones, per canonicos diligenter observati.

Parochus huius civitatis, archipresbyteralis a meo praecessore nuncupatus, residentiae praeceptum cum aliis animarum curatoribus adimplet.

Caeteri animarum curatores libros matrimonii, baptizatorum atque alios quos ad formam Ritualis Romani retinere debent, nunc solito dili-

gentius conservant; quotannis namque singuli suos deferunt quos ego recognoscere in more positum habeo. Et dum aliquid censura dignum invenio, oportunis sanctionibus et decretis pro rei necessitate prospicio. Plebes sibi commissas ipsi pro sua et earum capacitate diebus dominicis et festis solemnibus pascunt salutaribus verbis ut ex processibus qui sacrae dioecesanae visitationis tempore super eorum vita, moribus et pastoralis officii exercitio conficiuntur, manifeste apparet.

A meipso, dum in minoribus constitutus, munere fungebar vicarii generalis praecessoris episcopi, cunctis in locis quos lustravi decretis cautum est, ut animarum curatores expedita instructi methodo, omni studio in id potissimum incumberent, quo christianae fidei rudimentis pueros caeterosque hoc adiutorio indigentes informaret. Quod ubi opere aliqui compleverunt, plurimum ex eo fructum fidelis populus retulisse compertus est. Adlaborabo igitur, ut quod a paucis utiliter gestum est, idipsum et caeteri sapiant in alterutrum secundum Jesum Christum. Idcirco etiam cathechisticum opus aggressus sum, quod propediem, ut spero, auxiliante Domino illyrice typis mendare curabo.

Singuli animarum curam exercentes dominicis festisque de praecepto missam applicant pro populo eorum curae commisso, atque ita quod aliquando in hac dioecesi obsoleverat hodie ubique receptum ab omnibus observatur.

Ad ordines promovendi nullatenus admittuntur nisi prius per severum examen, me praesente, probati, piis meditationibus seu spiritualibus exercitiis per octo dies apud aliquem ecclesiasticum spectatae probitatis virum vacaverint. His accedunt testimoniales litterae de vita, moribus, Ecclesiae servitio, sacramentorum frequentia, magistri scholae atque alia quae ab sacris canonibus et Concilio Tridentino de his fuere decreta; quae omnia ab ipsis sollicite, antequam initientur, investigari solent.

Quod ad vestes clericales spectat, talari nigroque habitu induti semper incedunt, paucis exceptis quos etiam atque etiam reducere conabor.

Clerus saecularis Macarensis urbanus doctrina mediocri (nonnullis exceptis qui maiori exornantur scientia) et morum integritate decorantur nec a disciplinae semitis recedit.

De regularibus, qui curam animarum exercent, nihil dicendum restat. Nam ipsi quoque ac saeculares episcopali meae iurisdictioni in omnibus quae eorum respiciunt munera subiiciuntur et oneri sibi commisso fideliter satisfaciunt. Nullus a suis superioribus eiectus, nullus extra monasterii claustra degens invenitur; immo omnes, quantum mihi constat, religiosis moribus praefulgent.

Nequitia populi, qui in littore maris habitat pravisque finitimarum urbium moribus inficitur, magis magisque augetur. Hinc in rudimentis fidei percipiendis et ecclesiarum sacramentorumque frequentatione remissus plurimorum amor, gravissimorum origo scelerum, insanae atque inauditae Deum, fidem et animam blasphemandi formulae, fornicationes, homicidiorum copia, insanabilia odia pullulant. Qui ultra montes exsistunt superstitionibus, furtis, homicidiis et blasphemiis valde implicantur. Inter spinas proiecta divini verbi semina suffocantur nec optatum referunt fructum. Atque ut caetera verbo dicam, quia abundavit iniquitas, multorum charitas refriguit.

Sed priusquam inceptae narrationi finem faciam, petitio mea et preces sunt istae.

In primis, Patres Eminentissimi, ne meo videar deesse muneri quo Macarensis episcopatus et dioecesis iura sartatecta tueri sum devinctus, Vestra clementia opeque fretus, eam meae dioecesis ablatam partem in integrum mihi postulo restitui, quam ad forum nunquam deductam nec ex iudicis sententia obtentam solius S. Congregationis de Propaganda Fide epistolae subsidio apostolici Bosnenses vicarii administrant[142]). Hac super re igitur ab EE. VV. etiam atque etiam opem manusque aditurices exposco.

Quam his maximis temporibus dificillimum sit poenitentiariam et theologalem praebendam instituere, ex allatis rationibus manifeste apparet;

[142]) Radi se o dijelu makarske biskupije, koji je god. 1735. podložen bosanskom vikarijatu.

vel igitur EE. VV. dignentur sapientia et subsidio huic necessitati prospicere, vel imbecillitatem meam variis pressam curis opportuno consilio recreare.

Cumque pro summo quo EE. VV. in Dei cultum et spirituale animarum incrementum flagrant amore, multa ecclesiarum omnium solicitudine teneantur, demum necessitate compulsus obsecro, ut duos vel saltem unum meae dioecesis clericum non renuant alumnis Collegii istius S. Congregationis de Propaganda Fide cooptare, quod mihi rerum gravite distento, maximo foret levamini.

Haec igitur, Patres Eminentissimi, sunt quae de materiali simul et formali huius Macarensis ecclesiae statu, EE. VV. absoluta prima sacra dioecesana visitatione ex officii episcopalis debito per me erant renuntianda. Nunc solum superest, ut sponsam hanc meae concreditam debilitati universumque gregem, quem triennio amplius aeternae vitae verbis, virtutis exemplis et sollicita sacramentorum administratione pascere non destiti, commendem in primis Deo et verbo gratiae ipsius, qui potens est aedificare et dare hereditatem in santificatis omnibus. Deinde ab EE. VV. opem postulem, quatenus implere dignemini petitiones cordis mei, quae innotescunt apud Deum, quaeque dominico agro excolendo aptissimae fructum centuplum Macarensi afferant ecclesiae, ut ex Vestra inefabili pietate recreata, coelesti Sponso accepta iuventute renovetur atque sectando fidem, spem, charitatem, iustitiam, pietatem, patientiam, mansuetudinem et pacem, ad maiorem Dei Omnipotentis gloriam et animarum lucrum induat decorem et pulchritudinem domus Dei, quam ipse inhabitando per gratiam perficiat in Spiritu Sancto. Interim me in EE. VV. fidem et tutelam committo. Et in perenne obsequentissimi erga EE. VV. animi mei argumentum, primam sub meo regimine de Macarensis ecclesiae statu relationem, levidense quidem munus, sed ex intimo mei cordis affectu prodiens, Vestra benevolentia dimetiendum, vestris quoque nominibus nuncupare maximo mihi et ecclesiae meae honori et auxilio futurum confido.

Macarschae in Dalmatia, die 24 iunii 1782.

P. S. Trinis petitionibus meis adiiciant EE. VV. aliquas sacrarum reliquiarum capsulas (quod postulare suo loco memoria exciderat) quas una simul cum Agnis Dei ad Ill. mum et Rev. mum S. Apostolicae Sedis ad Venetos Nuntium mittendas, quampripum expectabo.

EE. VV. humillimus addictissimus et observantissimus servus

Fabianus episcopus Macarensis.



28. Drugi izvještaj biskupa Fabijana Blaškovića potpisan je u Makarskoj 12. ožujka 1795. Ima 16 stranica. Zajedno s originalom u vatikanskom svesku izvještaja nalazi se i kopija, »triplicatum«. Premda je bio tada već 19 godina makarskim biskupom, ovo mu je drugi izvještaj: radi prilika nije mogao vizitirati biskupiju, pa nije ni slao izvještaja.

Nije došao lično u Rim nego je obavio posjet »ad limina« i predao izvještaj preko nekog opunomoćenika. Kongregacija Koncila spremila mu je odgovor na ovaj izvještaj 20. kolovoza 1769.



29. Biskup Fabijan Blašković napisao je svoj treći izvještaj makarske biskupije 30. listopada 1800. Mjesto biskupa predao ga je njegov opunomoćenik kanonik Ivan Franjo Racchatani[143]). Kongregacija mu je potvrdila primitak izvještaja 17. svibnja 1802.

143) Gianfrancesco Racchatani nije nam iz drugih dokumenata poznat.

U izvještaju se dotiče prilika u Dalmaciji nakon pada mletačke republike god. 1787. Kao u svoj Dalmaciji tako i u Makarskoj nastao je nemir, strah i nesigurnost: »Hinc, populari exorto tumultu, iam primores designabantur interficiendi, iam potentiorum quorundam domus evertendae, iam res fimiliares ditiorum expilandae cumque popularis furoris impetum plures facinorosi in domos quasdam facere coeperant, crevit tumultus maximaque perturbatio exorta est in civitate«.

Na molbu gradske uprave i uglednijih ljudi, uspio je nagovoriti svijet na mir, »ut qui prius furore fervebant veluti agni mansueti redierunt«.

I on je bio pošao s izaslanicima u Beč, da bi zatražili »apostolicum Hungariae regem in patrem et principem«. Iza Šibenika susreli su se s carskim četama, koje su ih vratile kući i obećale da će doći u Dalmaciju predstavnik »regis apostolici«, da ih primi za podložnike.

ZAKLJUČAK

Već prema gornjem popisu izvještaja, koje su makarski biskupi slali po svojoj dužnosti u Rim, možemo pratiti stanje i razvoj kršćanskog rada i života na ovom području kroz dva stoljeća. Iako su oni često jednostrani, pisani s određenog stanovišta, ipak sadrže vijesti koje je teško drugdje naći. Naravno, i oni moraju biti osvijetljeni pomoću drugih izvora, da bi se njihov sadržaj upotpunio, ispravnije shvatio, a katkada i ispravio.